



St. 906 Pl. 2



1. Gerhard f. Joh. Ern. f. diff. de umbra,  
tione virtutis altissimi ex luv.  
1. vers 35. j:ca: 1638.
2. Geier f. Mart. f. diff. Biza, nempe  
Prot Evangelium Zened. III. v. 15.  
ut et Messie Mors, Sepultura  
ac. Resurreccio. Ies: LIII. v. 3 = 10  
Lipfie 1645.
3. ————— diff. Superstitione,  
Lipfie, 1660.
4. Gerhard f. Joh. Con. f. diff. de  
rembratione virtutis Altissimi  
j:ca: 1665.


5. — Diff. de Simulatione Dei,  
jene, 1714.
6. Grapij / Jack. / Diff. de Decori bus  
Sanctitatis ab utero Aurora  
et Rose Juventutis messie, ad  
psalm. Ex. veri. 3. Rostochy 1708
7. — Diff. de Verbo abbreviata,  
Rom. xii. v. 28. Rostochy 1710.
8. — Diff. representans rubiculum  
et candidum Victorem ab Edom  
line Socio Sociaq. Torcular calcam,  
tem. ab Iesu. Lxxiii. v. 1. depictum,  
Rostochi, 1709.
9. Gruenewerz f. ioh. Petri. / Diff.  
de Discipulis Christi ex Mammonea  
Iniquitatis sibi Surreptores in Ater-  
na Tabernacula conciliare iussi.  
ex dicto Luce xvii. v. 4. Rostochy 1700
10. — Diff. de vitando private  
Communionis Separatismo ex 1. Cor. xl  
v. 18 fezz. Rostochy 1718. q.

- 11 Gruenenberg, ioh. Petri / Diff.  
de Divina Scripti Ministerij Com.  
stitutione, 1706.
- 12 — Diff. de Semine Davidis  
Christo Solitarie intelligendo,  
ex dicti Natura II. Sam. v. v.  
vers 11=16. Rostocki, 1707.
- 13 — Diff. de Sacra Cenae  
Necessitate, 1710.
- 14 — Epistolion ad Barth. Ger.  
tingium de Sensu Sacrae  
Cenae, ioh. vi. non temere  
obseruato. Rostocky 1710
- 15 Güntheri / iusti Christoph. / Diff.  
de Clamore Spiritus Sancti  
in Cordibus Fidelium. jno 1718
- 16 Hähner / ioh. Henr. / Diff. de  
Ritu Benedictonis Sacerdotis  
tali. 1687.
- 17 Hamenkens / phil. Ludov. /  
diff. de Amore Salutari Dei  
Iudam prodidorem, Witten,  
Berg, 1.

18. — diff. de Sacerdotio  
Christi. Ziffa 1682.
19. — Contemplatio Ruinarum  
Babylonis, iusta Anachorisi  
Apocalypticam Johannis Apostoli,  
Wittenbergae, 1695.
20. — diff. de Baptismo prima,  
nam Chiliadum ad Christum con-  
versarum, Wittenbergae, 1695.
21. — loci evagantes, quibus  
distinctionem protestantie legalis  
et evangelica defendere conatus  
est D. Spenerus, publice dis-  
cussi Wittenbergae, 1696.
22. — diff. de Vera vere pietatis  
Exercitio, secundum regulam  
Pauli ex 1 Timoth. IV vers.  
6-8. Wittenbergae 1698.
23. von der Flards. f. Herm. / Intybum  
Sylvestre milibdr. fudisis.  
2 Regum. v. q. nec non Bryvnia  
longior. Bubbi Esaja C. v. Helmstadt  
1699.

24. von der Hardt / Herm. f.  
Galilei, Elias, Elisa, Jonas, Amos,  
Hoseas, Nahum ex Historia re-  
lata, et in locis honorum  
Galilaei vindicati. Helmstedt,  
1714.
25. Hardtschmidij. f. ioh. Nicol. /  
Diff. De Naufragio Fidei ex  
Timoth. 1. v. 9. Argentorati,  
1709.
26. Hassei f. theod. / Diff. de Lapi de  
Fundamenti, cui ultimam loca  
foederis imposita fuit. Erfurti.
27. Henningij / Ius: / Monumentum  
Securitatis humanae, ex  
Imagine divina extitum,  
Gryphiuswaldie 1711.
28. — Diff. de jure Fidelium in  
Bona tam spiritualia, quam  
Corporalia. Gryphiuswaldie  
1707

24. Heydeni / Joh. Hulder. / Diff. de  
Moris Resurrectione, Hale, 1723.
30. Hirci R. / Joh. Henr. / Diff. de  
Cherubim Paradiisi, ad Genesim  
III. v. 24. Wittenbergae, 1720.
31. Hoheisel / Caroli Ludov. / Diff.  
qua Sapientiam Adami in figure  
amissam, Proverb. XXX. v. 2-3.  
tuebitur, ienae, 1716.
32. Hulsemann / Joh. / Diff. de  
Libertate Christiana, Lipsiae  
1706.
33. — Diff. de Poenitentia  
Christianorum, Wittenbergae  
1715.
34. Leyer / Joh. Wolfgang. / Diff.  
Commentarius in IV Evangelistas;  
Tubingae, 1706.
35. Janus / Dan. Frider. / Presagium  
St. Pauli de Supplicio obvundo  
II Timoth. IV. v. 6. Lipsiae 1715.



00  
DISSERTATIO EXEGETICO-THEOLOGICA

De

# DECORIBUS SANCTITATIS AB U- TERO AVRORÆ ET RORE JUVENTUTIS MESSIÆ.

Ad  
PSALM. CX. VERS. 3.

Quam

Adjuvante Divinâ Gratiâ,  
CONSENTIENTE MAXIME REV. THEOLOG. ORDINE  
IN ILLUSTRI ACADEMIA ROSTOCHIENSI,

PRÆSIDE

VIR O

SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO atque EXCELLENTISSIMO,  
**DN. ZACHAR. GRAPIO**,  
S.S. THEOL. DOCT. EJUSDEMQUE PROF. PUBL. ORDINA-  
RIO LONGE CELEBERRIMO ET AD ÆDEM CATHEDRA-  
LEM D. JACOBI VERBI DIVINI MINISTRO  
VIGILANTISSIMO,

Patrono, Præceptore ac in Christo Patre suo  
omni obsequio & pietate colendo,

**GEORGIUS CASPARI.**

Riga-Livonus,

*Ad diem X. Augusti A.O.R. MDCCVIII.*  
Publico placidoque Eruditorum examini submittit

H. L. Q. C.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Sen. Typogr.





BIGÆ  
**THEOLOGORUM ORTHO-**  
**DOXORUM**  
INCOMPARABILI,  
**VIRIS**

SUMME REVERENDIS, MAGNIFICIS Atque EXCELLENTISSIMIS,

**DOMINO**  
**JOANNI FECHTIO,**

S.S. Theologiæ Doctori Ejusdemque Professo-  
ri Publico Ordinario Celebratissimo, SERENIS-  
SIMI DUCIS MEGAPOLITANI REGENTIS  
Consistorii Provincialis Consiliario Gravissi-  
mo, Districtus Rostochiensis Superintendenti  
Vigilantissimo, Facultatis suæ Senio-

ri Spectatissimo,  
Juxta ac

**DOMINO**  
**ZACHARIÆ GRARIO,**

S.S. Theologiæ Doctori Ejusdemque Profes-  
sori Publico Ordinario longè Celeberrimo, ad  
Ædem Cathedram D. Jacobi Verbi Di-  
vini Ministro Vigilantissimo,

Do-



Dominis Patronis, Hospiti, Curatori animæ  
meæ, Præceptoribus & in Christo JESU  
Patribus

Summâ mentis veneratione ad cineres usque

sancṭe prosequendis,

Chartaceum hoc Munusculum

De

*Decoribus Sanctitatis ab utero aurora & rore Juventutis Messie  
consecrare,*

Idque

Pietatis, Gratitudinis, Reverentia  
atque Memoria

Monumentum perpetuum esse voluit,  
cum voto ardentiſſimo

omnigenæ prosperitatis & felicitatis,

Ut officiis quam diutissimè præfulgeant,

Ecclesiæ hostibus gloriosissimè resistant,

Multos RORIS FILIOS MESSIÆ adducant,

Mihi meisque studiis constantissimè faveant;

Quod toto pectore  
vovet & optat

Tantorum Nominum


&

Luminum

Cultor ingenuus ac Cliens  
devotissimus

**GEORGIUS CASPARI,**

Rigā-Livonus.



GRATIA CHRISTI REGENTE LABOREM.

## PRÆFATIO.



Ovum aliquod specimen Academicum meditatus selegi Thēma aliquod ex illo Theologiae genere, ex quo non ita pridem *B. Avi mei Dn. D. JOH. BREVERI* *Dissertationem ad Jerem. Cap. XXXI. v. 31. seqq.* recusam exhibui, publicæque ventilationi in hac ipsa Academia exposui. Nimirum ex *Theologia Exegetica*. Atque sic hâc vice placuit Dictum illud *Psalm. CX. vers. 3.* non quidem integrum, ne nimium prolixus suscepimus ille labor fieret, sed faltem duo posteriora incisa. Quæ quidem eâ methodô pertractare volui, quam *Dn. Praes* non ita pridem in *lectionibus suis* *suprà Theologiam Exegeticam* commendavit, nimirum septem formans sectiones. Quarum *Prima* quasi *Preliminaris* quædam est, in quâ circumstantiae quædam externæ & affectus exponuntur. *Secunda* exhibit præsentis nostri *dieli Scopum*. *Tertia* est *Analytica*, dictumque juxta triplicem illam *Analysin Logicam*, *Grammaticam* & *Rhetoricam* ita resolvit, ut sensus dicti investi-

vestigetur. *Quarta Collationem* quandam instituit cum aliis interpretibus, quatenus quidem cum nostra sententia consentiunt. *Quinta Porismatica* est, quæ Porismata legitimè è dicto nostro fluentia extrahit, nervumque consequentiæ breviter, ut fieri quidem oportet, ostendit. *Sexta Polemica* est, textumque vindicat ab illorum interpretum explicationibus & exceptionibus, qui aliter eundem interpretantur. Denique *Septima Miscellanea* est, quæ spicilegium post Mefsem instituit, unamque alteramve adhuc quæstionem utilem, jucundam & curiosam occasione præsentis dicti instituit, de qua alias in præcedentibus sectionibus non adeò commode dici potuit. Dictum ipsum in Fonte Hebræo ita sonat:

בָּרוּךְ קֹדֶשׁ מָשָׁחָר לְךָ טַל וּלְרוֹתֵךְ :

B. Lutherus ita vertit:

**I**m heiligen Schmuck ( scil. sacrificabit tibi populus tuus ) deine Kinder werden dir geböhren wie der Thau aus der Morgenröthe.

B. Seb. Schmidt ita:

*In honoribus sanctitatis: Ex utero aurore Tibi ros juvenatus tue.*

Alias Versiones hoc loco non addo, cum infrà passim earundem sententiæ quædam examini subjicientur. Faxit autem DEUS in omnibus FELICITER!

SECTIO

SECTIO I<sup>ma.</sup>

Inquirens in Circumstantias quasdam  
externas & Affectus.



## §. I.

Rima circumstantia circa præsens dictum consideranda est *Persona loquens & scribens*, quæ hâc vice est eadem, nempe Rex & Propheta David, qui & integrum hunc Psalmum scripsit ut *autbor secundarius*, quemadmodum primarius ille, qui totius sacri codicis author est, nempe *Spiritus Sanctus*. Equidem sunt, qui nescio quem alium Authorem Psalmi hujus faciunt. R. Aben Ezra (a) eum alicui adscribit Musicorum Davidis, quando ita: *הַנְּכִין בָּעֵנִי כִּי וְהַמּוֹטֵר חֲבֹרוֹ אֶחָד מִהְמְשִׁירִים עַל רֹרֶךְ*: *Cerium in oculis meis est*, quod Psalmum hunc composuerit aliquis ex Musicis de Davide. Idem & R. David Kimchi, (b) sentit. Et alii Rabbinî juxta B. Dn. D. Auguſt. Varenium (c) & Marib. Polum (d) fabulantur, auctorem hujus Psalmi esse vel Melchisedecum, vel Eliearem, Abramini servum, qui post stragem Regum à Domino suo factam Psalmum hunc composuerit: vel alium quendam Prophetam, qui eundem vel Salomoni, nedum vel Ezechie, vel Zorobabeli, vel Sauli dedicaverit & inscriperit. Quæ commenta passim more suo probare quoque videtur Hugo Grotius, (e) quem tamen ex Grotio rectissimè refutat B. Dn. D. Galovius. (f) Et quæ sunt istiusmodi nugæ aliae. At verò neminem alium quam Regem Davidem auctorem hujus Psalmi esse, & sic quoque præsentis loci satis probamus ex ipsissima Psalmi hujus inscriptione, quæ est: *לְרוֹר מִזְמֹר* Ad quæ verba benè Lyranus. (g) *Pramittitur*, inquit, *calis titulus in Hebrao*: *Psalmus David*, sed preponitur litera *Lamed*, ad designandum, quod David est *Dativi casus*: & sic apparet *Auctor* hujus Psalmi, quia appropriatur ipse David, sicut *Auctori*. Quod & approbat B. Sebas. Schmidt, (h) addens, *quibuscumque Psalmis primitur*.

titur לְדוֹד David, vel Davidis, illos omnes Davidem auctorem habere secundarium. Conferatur & hic contra Hieronymum hanc regulam negantem Matthaeus Petitdidier. (1) (2) ex planè infallibili Servatoris nostri testimonio David expressè hunc Psalmum tribuentis, Matth. XXII. v. 43. Marc. XII. v. 36. Ex quibus locis, ut Rivetus (k) & Sib. Schmidt (l) rectissimè concludunt, duo hujus Psalmi auctores nobis certò innotescunt, (α) Spiritus sanctus ut causa efficiens primaria Davidi distillans quid scriberet, (β) David ut organon & auctor secundarius ac amanuensis dictata Spiritus sancti scribens. (3) ex pariter infallibili testimonio Apostoli Petri Act. II. v. 34. Et (4) ianiores nonnulli Iudei, qui Psalmum hunc de Messia explicant, secus sententibus suis opponendi, pariter & Davidem passim pro auctore Psalmi hujus habent, quos mox citabimus. Atque adeò sic idem ille, qui totius hujus Psalmi auctor est, præsentis quoque dicti nostri auctor est & scribens & loquens. Nulla enim hic personarum reperitur mutatio, qualis alias quidem in Psalmis occurrere interdum solet. Confer. adhuc B. Salem. Glassum. (m)

- (a) In Commentar. in b. loc. Vid. Biblia Buxtorff. in b. loc. (b) in Coment. in b. l.  
 (c) in Triumph. Davidis in Psalm. CX. v. 3. (d) in Synopsi. Criticor. in b. l. (e)  
 in b. Psalm. (f) in Bibliis illustr. in b. l. (g) in b. l. (h) in Resol. Psalm. Prophetic.  
 de Christo p. 535. (i) in Dissertat. Historico-Criticis. in S. Scripturam p. 218.  
 Conf. hic quoque Hæc in Demonstrat. Evangel. Propos. IV. p. 390. & Prop.  
 VII. p. 589. seqq. Perea aliosque apud B. Dn. D. Dorischeum in Pentad. Diff.  
 22. §. 36. seqq. p. 407. seqq. (k) in Comentari. in Psalm. Tom. II. Opp. p. 299.  
 (l) loc. citata. (m) in Christol. David. Disput. I. Thesis XL. seqq. p. 13. seqq.

## Sc. II.

Altera Circumstantia, quæ præ omnibus aliis hic attendenda erit, est Persona, ad quam David in dicto nostro loquitur, quæ & è faciliorem reddet circumstantiam illam internam, de qua infra acturi erimus & cum externa hâcce eadem. Nimirum & hic ineptiunt præ aliis ex Rabbini nonnulli, qui uti totum hunc Psalmum de Abraham explicant, ita etiam præsenti in dicto allocutionem ad eundem fieri docent. Quorum è numero est Raschi,  
 (a) qui hic cum sociis suis se sentire velle profitetur, quando ita:  
 רבינו רשותו באברהם אכינו ואני אפרנסן כרבייהם  
 Magis

Magistri nostri explicant de Abraham Pare nostro, & ego interpretabor illum secundum verba ipsorum. Sic & Aben Esra testatur (b) Rabbinos nonnullos de Abraham explicare. Horum in numero est R. Lipman, (c) & autor τε Nizachon Veteris. (d) Alii Davidem intelligere volunt. Sic namq; R. David Kimchi: (e) Reclitum est juxta literam simplicem exponere Psalmum hunc de Davide: ut dixerit eum de illo aliquis Musico-rum. Ubi Lamed accipiendum est pro בָּעֵבֶר De: quemadmodum (Genes. XX. v. 14.) Dic יְהֹוָה de me, frater meus ille: item (Psalm. XX. v. 1.) Prefecto Musices, Psalmus יְהֹוָה de Davide; Exaudiat te Jehovah in die angustia. Sic & de Davide explicat R. Isaac. (f) Alii Rabbini de Salomonem; alii de Zorobabele, alii de Angelo custode Davidis explicare voluerunt. Vid. B. Calov. (g) Alii de Rege Hiskia interpretari omnia voluerunt. R. Nachmanides (h) & de Davide & de Messia simul Psalmum hunc explicat. Iuxta Dan. Heinsium (i) nonnulli Psalmum hunc de Melchisedeco explicarunt, quos ipse refutat. Et Calvinus arguitur à B. Calovio, (k) quod cum Judæis Psalmum hunc explicet de Davide. Nunc quidem Calvinus (l) inter alia de hoc Psalmo ita: Ut nobis certamen sit cum pervicacissimis quibusque Judæis, firmis rationibus extorquemus, neque in Davidem, neque in alium queram, excepio solo Mediatore, competere que hic dicuntur, &c. Ex quibus verbis Calvinum contra Calovium defendere voluit Rivetus. (m) Sed verò Calovius (n) rectissimè ostendit, quam plurima hujus Psalmi Calvinum ita explicare, ut & Davidi competere possint, & simul laudat B. Hunnius, quod (o) & Calvinum & Pareum idem cum Calvino docentem notaverit. Ex eodem capite & Aretium Felinum hic stringit B. Dn. D. Dorsibeus. (p) Et Hugo Grotius (q) quædam Psalmi hujus ita explicat, ut credidisse videatur Psalmum quidem de Christo explicandum esse; sed sensu mystico & eminentiori, simul autem aliud sensum, literalem nempe & primò obvium tacitè ingesserit, ut expressè quidem & in aliis Psalmis fecerit, observante nempe B. Calovio, (r) qui & ob eundem errorem nota Musculum pariter & Enchedinum, Photinianum, quem & Nicolaus Arnold (s) refutat. Quibus omnibus verò merito omnino nosmet opponimus, dicentes: (I) Psalmum huncce non posse de ullo mero homine, vel Abraham, vel Davide, vel Salomon, vel Hiskia, vel ullo alio explicari; sed necessario de Messia de Christo eum totum intelligendum esse. Prob. (I) ex integra connexione totius Psalmi, in quo talia occurruunt, quæ

*Abrabamo, Salomoni vel alii, imò & ipsi Davidi competere nequeunt, cum ne quidem Angelo cuidam competant, Hebr. I. v. 13. Prolixius argumentum hoc deduxit *Salomo van Til.* (t) Prob. (2) ex allegatione in *N. Test. facta.* Sic ipse Christus expresse hunc Psalmum de se explicat *Matt. XXII. v. 44. Marc. XII. v. 36. Lur. XX. v. 42, 43.* Ad qua loca post. *alio.* (u) aliasque & *Bernhard. Lamy* (x) rectissimè observat, Christum id ita interpretari non potuisse, nisi ad Messiam hunc Psalmum pertinere fuisset in confessio apud omnes Judæos, atque inde porrò rectissimè observat, post ortum Christianismi negare id ipsum Judæos cœpisse, sed solo odio Christianorum. Addi his & alia adhuc allegations in *N. Testam.* possunt, ut *Aet. II. v. 34. 35. I. Cor. XV. v. 25. Hebr. I. v. 13. Cap. V. v. 6. Cap. VII. v. 17. & 21. Cap. X. v. 13.* unde & nobilissimum hunc Psalmum esse judicat *B. Sebas. Schmidt,* (y) nec ullum esse, qui in Scriptura N. Test. sèpius allegetur. Ex quibus adeò indubitatò constat, non de alio nisi de *solo Messia* totum hunc Psalmum explicari posse. Dicimus (II) nec literaliter Psalmum hunc explicari posse de *Davide* & mystice demum de *Messia.* Prob. (1) quia omni fundamento istiusmodi interpretatio destituitur. (2) quia litera planè non quadrat in David, cum ne quidem quadret in Angelum, ut modò jam monitum fuit. (3) quia semper ubi in *N. Test.* hic Psalmus allegatur, & ipsa litera de *Christo* explicatur. Quæ *R. Dav. Kimhi* suprà ex particula ↗ objicere voluit, nullius momenti sunt. Non minus enim falsum est *Psalm. XX. Lamed* significare, de quam b. l. nec idoneum est aliud in Psalmis exemplum. *Gen. XX.* ↗ est *Datus commodi, Dicmibi,* h. e. *in gratiam & commodum meum sc. ne occidar propter te:* sicut ibidem exponitur: prætereà & absurdum dicere Psalmum hunc in honorem Davidis esse scriptum, cum in honorem solius DEI & ad ipsum DEUM omnes Psalmi sint scripti ac directi. Argumentum hoc Judæi refutârunt quoque *B. Dn. D. Geier.* (z) *B. Seb. Schmidt* (aa) *Andreas Rivetus,* (bb) *Job. Cocceius,* (cc) *Sal. van Til.* (dd) *Pratereræ & Rabbinis* & *Judæis* alias Rabbinos & *Judæos* opponimus, qui totum hunc Psalmum utique de *Messia* explicarunt. Sic *R. Saadias**

זה משיח צדקנו כרכחות נאש יולאני שב ליטני וגנו  
Gaon (ee)  
Hic est *Messias justitia nostra, quomodo scriptum est (Psalm. CX.) Dixit Dominus*  
*Dominu meo, sede à dextris meis Ec.* Et *R. Joden in Midrasch Tillim*  
(ff) ibi-

(ff) itidem Psalmum huncce de *Messa* explicat, quando ibidem  
 haecce leguntur: ר' יְהוָה אָמַר לְעֹזֶר לִבָּא הַכְּבָה מֹשִׁיב מֶלֶךְ הַמֶּשֶׁיחַ  
 לִימָנוֹ שֶׁנָּאָסֵן יְהוָה לְאָרָנוֹ שֶׁב לִימָנוֹ: *Dixit R. Joden: In futu-*  
*ro DEIUS sanctus benedictus sedere faciet Regem Messiam ad dextram suam,*  
*sicut dictum est (Psalm. CX.) dixit Dominus Domino meo, sede ad dextram*  
*meam &c. Sic & alibi in Midrasch Tillim (gg) sequentia leguntur:*

פסופוֹרִיס חַסְדָּן עֲנֵנִי שֶׁל מֶשֶׁיחַ בְּחֻקָּה שֶׁל תּוֹרָה וּבְחֻקָּן שֶׁל נְבִיאִים  
 וּבְחֻקָּה שֶׁל תּוֹרָה שֶׁנָּבָנָה בְּכוֹרָו יִשְׂרָאֵל בְּחֻקָּן שֶׁל נְבִיאִים שֶׁנָּאָסֵן  
 חָנָה יְשִׁכֵּל עַבְרוֹמָה כְּתוּכָתָה הַז עַבְרִיאָתָמָךְ בַּיְתָהוֹבִים שֶׁנָּאָסֵן

ר' בְּרָחוּה בְּשֵׁם רְלוֹי פָתָח id est: Numerata sunt materia Christi,  
 seu *Messa* in Scriptura legis, & in scriptura Prophetarum, & Hagiographorum. In Scriptura legis sicut dictum est (Exod. IV. v. 22.) Filius meus primogenitus est Israel: In scriptura Prophetarum sicut dictum est (Esaie LII. v. 13.) Ecce intellegi servus meus, &c. quid est, quod scriptum est alibi (Esaie XLII. v. 1.) Ecce servus meus, suscipiat eum. In Hagiographis, sicut dictum est (Psalm. CX. v. 1.) Dixit Dominus Domino meo &c. de matrice aurora tibi ros infans tua. In Bereschet Rabba R. Moseb Hadarsan eadem confirmat, (hh) dicens:

וְתִתְנַצֵּן לְסִגְנָן וְשִׁעַד וּמִנְכָר הַסְּעִיר לְעֹזֶר לִבָּא הַכְּבָה מֹשִׁיב מלך  
 המשיח לִימָנוֹ שֶׁנָּאָסֵן יְהוָה לְאָרָנוֹ שֶׁב לִימָנוֹ: id est; R. Berachia  
 in nomine R. Levi aperuit, id est, exposuit hoc per id, quod dictum est Psalm. XVIII. v. 36. Et dabis mibi clypeum salutis, vel scutum salutare  
 tuum, & dextra tua confortabit, vel suscipiet me. In futuro DEIUS sedere faciet Messiam ad dextram suam sicut scriptum est (Psalm. CX. v. 1.)  
*Dixit Dominus Domino meo, sede ad dextram meam. Quod & agno-*  
*vit R. Isaac Ben-Aramo.* (ii) Nusquam, inquiens, inventimus quenquam  
 etiam Prophetarum, cuius nativitas sit prophetata ante nativitatem Patriis  
 & Matri, nisi *Messa*, qui est Justitia nostra. Ad horumque responsum, qui dixit,  
 à vulva ex utero tibi, hoc est, antequam crearetur uterus conceptus in  
 prophetata fuit nativitas tua. Sedebat autem ad dextram DEI, idque re-  
 sponsum, cum dixit, sede à dextris meis. Et R. Obadias (kk) de hoc  
 Psalmo ita: *הַמּוֹטֵר חָבֵר הַשּׁוֹרֵר עַל הַמֶּשֶׁיחַ* Hunc Psalmum com-  
 posuit Psaltes de *Messa*. Ut nunc auctorem tractatus: Abbat Rochel,  
 ipsum

ipsum *Judeorum Talmud* (ll) aliaque *Judeorum* testimonia taceam, quæ collegerunt *Galatinus*, (mm) *B. Calep.* (nn) *B. Darsbeus*, (oo) *Cartwright* (pp) *Huetius*, (qq) *Salomon van Til* (rr) aliisque. In testimonium hic quoque nonnulli vocant *Versionem Chaldaicam*. Sic namque *Nicol. Lyranus* (ss) è *Judeo Christianus*, dicit: *Pon-*  
*test declarari per dicta doctornum antiquorum Hebraeorum primum apud Jona-*  
*than filium Uzziel, qui tanta autoritatis fuit & est apud Hebraeos, quod*  
*nullus fuit ausus contradicere sibi in translatione sua Chaldaica, ubi nos ha-*  
*bemus: Dixit Dominus Dominu meo Ec. transfluit sic: Dixit Dominu ver-*  
*bo suo; sede Ec. Ad idem testimonium hic quoque provocant*  
*Galatinus (tt) & Sal. van Til. (uu) Sed verò *Augustinus Steuchus Eu-*  
*gubinus (xx) obseruat, in Chaldaica Paraphraſi, quæ hodiè extat,*  
*non haberi: Dixit Dominus verbo suo; sede à dextris, sed planè ali-*  
*ter. (yy) Delabitur autem Steuchus eò, ut existimet Lyranum*  
*emendationi usum fuisse codice, atque ut probabile reddat Chal-*  
*deorum Paraphraſen Psalmum hunc de verbo hypostatico expouſisse,*  
*digreditur in Veterum Hebraeorum, Ægyptiorum, Chaldaorum, Ori-*  
*p̄bi, Mereurii Trismegisti, Platonis, Philonis Ec. de Λόγῳ fabricatore*  
*orbis placita, sed, judge B. Darsbeus (zz) antiquorum Philosophorū*  
*placita id non probant, quod probare debebant. Non enim probandum esse, Chaldaea Paraphraſe notum fuisse mysteri-*  
*um de verbo mundi conditore; sed hoc, Chaldaicum Paraphraſen*  
*sessonem ad dextram, sacerdotalem & regiam dignitatem alios-*  
*que actus, sic & rōrem juventutis ejusdem ex utero aurorae de*  
*Domino Davidis ibi praedicatoris ad verbum DEI retulisse. Con-*  
*stat verò ex totius Psalmi Chaldaica Paraphraſi, præter DEUM ver-*  
*bumque DEI tertiae cuidam Personæ illa in Psalmo praedicata tribui. (aaa) Prætereā & quamplurimi sunt, qui Para-*  
*phrasin hanc non habent pro opere quodam Jonathani. (bbb) Vi-*  
*de quoque de hoc loco Chaldaica Paraphraſeos Raymund. Martini (ccc)*  
*Helvicum, (ddd) & Theodoricum Hackspan. (eee) Clariora sunt, quæ*  
*ex praecedentibus Judeis adduximus. Imò ex ipsis quoque*  
*Mohammedanis nonnulli Psalmum huncce de Christo expli-*  
*cant, quamvis verba Psalmi parùm sincè referant, de qui-*  
*bus vid. Ludov. Marracci. (fff) Ex Christianis, antiquiori-*  
*bus Patribus nimirum nemo facile erit, qui non Psalmum huncce*  
*integrum, & sic quoque locum hunc nostrum de Christo ex-*  
*plica-**

plicaverit, & contra secus sentientes vindicaverit. Sic namque *Justinus Martyr* (ggg) & *Terullianus* (hhh) refutârunt *Judeos* illos, qui Psalmum hunc de *Hiskia* vel alio explicârunt. *D. Chrysostomus* (iii) eos notavit, qui de *Zorobabel*, vel etiam de *Abraham* interpretationem instituunt. Quod posterius quoque refutavit *D. Hieronymus*. (kkk) Ut nunc aliorum Patrum testimonia retaceamus, quorum tamen sententiana mox uberioribus infra re-censemus. *Calvinianus* hic minus rectè sententibus ex ipsis *Calvinianis* opponi possunt *Joh. Cocejus*, (lly) *Andr. Rivetus* (mmm) & *Erasmus Ruderigerus* apud *B. Dn. D. August. Parenium*. (nnn) Ut adeò indubitatò subjectum ad quod David hic loquitur, & Persona pri-maria, de qua in integro hoc Psalmo & præsenti quoque loco nostro agat, sit Messias ac promissus mundi Salvator, ad quem etiam uti immediatè antecedentia verba, ita & præsentia illa verba, de quibus nunc agimus, sunt directa, ut ex ipsa con-nexione satis videre est. Confer adhuc *Reinhard. Bakium* (ooo) & *Jobann. Marck.* (ppp)

- (a) in Comment. in hunc Psalm. in Bibliis Buxtorf. (b) in Comment. in b. locum is idem in Bibliis Buxtorf. (c) in Nizachon ab Hackspan. edit. p. 161. (d) has betur in *D. Joh. Christoph. Wagenseiliis Telis ignei Satana*. Vid. p. 179. ubi ita ex versione Wagenseili: Ceterum vera Psalmi interpretatio est, sic sensisse loquunturque fuisse Davidem: *Dixit DEUS Beneditus Dominus meo Abraham*, sedē ad dextram meam. Sed mox p. 183. etiam de Davide explicat quando ita scribit: *Verum enim verò Psalmum hunc David de seipso prostrat*, at genuinus sensus est: *Dixit Dominus ad me: Quia Dominus meus Saul me persequitur, sedē ad dextram meam* &c. (e) in Comment. in hunc Psalmum. (f) in *Munimine Fidei*, quid idem habetur in *Wagenseiliis Telis Ignis Satana*. Vid. p. 321. ubi inter alia ita: *Psalmum quoque: dixit Dominus Dominu-no meo Ec. Reg. David b. m. de seipso compositus.* (g) in Bibl. illustrat. V. T. Tom. I. p. 1088. Conf. & B. Dn. D. August. Pfeiffer. in *Dubius Vexatis* p. 623. (h) in *Disput. cum Fratre Paulo*, quam exhibet *Dn. Wagenseil*, loc. cit. vid. p. 580. ubi ita: proprieà expressit: *Dixit Dominus Dominu-meo, ut Levita cantan-tis ea esset sentientia: Dixit Dominus Dominu-meo Davidi Ec.* Et p. 55. ita: *Sciendum autem, Psalmos suggestione Spiritus Sancti esse prolatos atque agere de Davide ejusque filio, qui solium ipsum occupatus est, putau-s Messias, unde prout pars vaticinis completa fuit in Davide, ita pars quoque omnino impletur in Messia.* (i) in *Exercit. Sacri ad N. T. Libr. XVI. Cap. V.* p. 565. (k) loc. cit. (l) in hunc Psalmum. (m) in b. Ps. Tom. II. Opp. p. 294. (n) loc. cit. p. 1088. seqq. (o) in *Anti-Pareo altero Tom. II. Opp. p. 686.* &c. p. 981. (p) in *Pentadec. Disput. XII. §. XXX. p. 904.* (q) in

hunc Psalmum, (r) in Bibl. Illustrat. loc. cit. ubi & p. 1089, Grotius refutat ex Grotio, nimirum ex Annotatt. Ejusdem in Evangelistas, nimirum in Lue. XXIV. v. 47. & ex Tractatu de Verit. Relig. Christi. Libr. V. §. XXII. ubi Psalmum hunc de solo Christo explicandum esse docuerat, (s) in Luce in Tenebr. p. 452. (t) in Cap. XXII. Evang. Matth. p. 786. seqq. (u) loc. cit. (x) in Commentar. in Concord. Evangel. p. 471. Bené & Membra Societatis sic dict. Maison du Port Royal sub Direct. Arnald & Sacy in Exegetica & Morali Explicat. IV. Evangelistar. Versionis Germ. p. 511. ita: Wann der geringste Zweifel sich eräuget hätte / als wär dieser Psalm von dem David nicht versertiget worden / so würden die Pharisäer dieses Christo haben fürgehalten / und also sieht man / daß kein Mensch zu der Zeit daran gezweifelt habe / indem sie ihm kein Wort antworten konten. (y) in Resolut. Psalmor. Prophetie. de Christo p. 531. (z) in Commentar. in Psalm. p. 2057. (aa) loc. cit. p. 536. (bb) loc. cit. (cc) in Commentar. in b. loc. Tom. II. Opp. p. 412. (dd) loc. cit. p. 787. seqq. (ee) in Dan. Cap. VII. v. 13. (ff) supra Psalm. XVII. v. 35. vid. Raymund. Martini in Pugn. fides Parte III. Diff. I. Cap. X. p. 537. seqq. & Münster. in b. loc. Tom. II. Criticor. Sacror. p. 1532. seqq. (gg) apud Raymund. Martini loc. cit. p. 527. (hh) apud eundem Raymund. p. 476. (ii) in Gen. XLVI. apud Münster. & B. Calov. locis citatis (kk) in hunc loc. apud Christoph. Carrwright in Mellif. Hebr. Libr. I. Cap. V. Tom. VII. Criticor. Sacror. p. 755. (ll) Tr. Suec. et Cap. V. Gemar. (mm) in Arcan. Cathol. Verit. Libr. VIII. Cap. XXIV. (nn) loc. cit. (oo) in Pentadecad. p. 430. (pp) loc. cit. (qq) in Demonstrat. Evangel. Propos. VII. p. 589. seqq. (rr) loc. cit. p. 789. (ss) Commentar. in b. loc. (tt) loc. cit. (uu) in Evangel. Matth. p. 789. (xx) Commentar. in hunc Psalm.

**אָמַר יְהוָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל** in Bibl. Buxtorfi ita habetur: **לְשֹׁוֹאָה רְאֵי רָכוֹן עַל כָּל יִשְׂרָאֵל** id est à verbo ad verbum: *Dixit Dominus in verbo suo ad ponendum me Dominum super omnem Iuda. sed & ibidem, ut & Tom. 3. Bibl. Polyglott. Anglican. aliud Targum. ita legit, vertente Ben. Ariā Montano: Dixit Dominus in Verbo suo, se daturum me dominationem, & quod incubuerim doctrina legi dextra ejus. (zz) in Pentadecad. Diffus. XI. §. 74. p. 429. seqq. (aaa) patet id jam ex adducto vers. 1. Sic & vers. 2. habetur: *Virgam fortitudinis tua mittes verbum Domini de Sion* &c. Vid. B. Dorsch. loc. cit. (bbb) vid. B. Dn. D. August. Pfeiffer. in Theol. Judaica. Exercit. II. Cap. V. Th. 4. p. 84. seqq. & Cap. VI. p. 96. seqq. & in Critica S. Cap. VII. Sect. II. Quaest. XIII. p. 358. seqq. Hottinger in Thesaur. Philol. Libr. I. Cap. III. Sect. I. p. 258. seqq. Lessiden. in Philolog. Hebraeo Mixto. Diffus. VII. p. 56. seqq. Richard. Simon. in Histor. Critic. V. T. Libr. II. Cap. XVIII. p. 97. aliosque Philologos passim. (ccc) in Pugion. Fid. Part. III. Diff. III. Cap. IV. N. 14. p. 705. (ddd) in Elench. Iudeorum 6. Tom. IV. Diff. Gieffens. Diffus. X. Class. IV. p. 245. (eee) in Notis. Philologico-Theol. Part. II. p. 326. & in Tr. de usu Libror. Rabbini. Lipmanni Nizachon annex. Cap. III. p. 404. (fff) in Prodromo ad Refutat. Alcoran. Part. III. Cap. XIV. p. 269 (ggg) in Dialog. cum Trph. p. 309. Opp. (hhh) Libr. V. contra Marcion. p. 314. Opp. Edit. Rhenan. (iii) in Commentar. in b. Psalmum Tom. III. Opusculorum p. 278. (kkk) in Commentar. in Cap. XXII. Matthai Tom. IX. Opp. p. 67. (lll) loc. cit. (mmm) loc. cit. (nnn) in*

(nnn) in *Triumph. David. in hunc Psalmum* (ooo) in *Commentar. in Psalter.*  
*Part. 3. p. 145.* (ppp) in *Textual Exercit. ad 50. Loca V. & N. T. Exerc. XIV.*  
*p. 117.*

## §. III.

Ex circumstantiis reliquis alias etiam circumstantia loci & temporis hoc referri solent. Sed vero de his circumstantiis nihil certi consignatum reperimus. R. Isaac (a) respicit ad Historianam illam, quae habetur 2. Sam. XXI. atque hoc tempore putat Psalmum hunc integrum esse compositum. Verba ejus ex Versione latina Wagenseiliana ita sonant: *Rex David b. m. de Scipio compoedit, cum ejus servi iurassent, non permisuros scle, ut amplius cum iu in aciem se conferas ob illum casum, qui ei cum incolis urbis Nob acciderat, unde sic est 2. Sam. XXI.* Tunc jurarunt homines Davidis ei dicendo: non es proditurus ultra nobiscum in prælium, ut non extingucas lucernam Israelis. Hunc ergo Psalmum concepit sub persona servorum & subditorum jurejurando suo probinentium, cum prodire in aciem. Sicque facienda est exppositio: *Dixit Dominus Domino meo Davidi, sede in domo mea & in dextram meam ac robur meum fiduciam reponito. Dextra enim Domini fortitudinum exercet.* Est proinde sensus: non opus est, ut tute in bellum prodeas, extra enim DEI pro te pugnas &c. Alii apud Sobnium (b) volunt occasionem scribendi datam esse per successus, victorias triumphosq; de finitimis hostibus varios vel potius auditâ concione *Nathania* 2. Sam. VII. Vid. Cramer. (c) & B. Geier. (d) Sed vero cum circumstantiae haec tantum lucis praesenti huic dicto nostro non praebant, non prolixius de iisdem erimus solliciti.

(a) in *Minimine Fidei*, quod habetur in *Dr. Wagenseil. Telis igneis Satan.* vid. p. 321.

(b) Tom. III. Opp. p. I. (cc) Schol. I. Prophet. p. 195. (d) in *Comment. in Psalm.* p. 2057.

## §. IV.

Et in *affectus* in dicto quodam Biblico interdum occurrentes inquirenter interdum Exegetæ solent. De quo vero haec vice singularia quedam prænotanda non reperimus, nisi quod idem hic obtineat Davidis affectus, qui & in toto Psalmo dominatur, quique intensius admodum omnino videtur, si singuli versus eisdem conferantur, immo tam elegans, ut ab Exegeta fermè verbis satis exprimi nequeat. Optimè id observavit accuratissimus

affectuum in S. Codice occurrentium observator B. noster Dn.  
*D. Martinus Lutherus*, (a) cuius verba Spiritu plenissima ita sonant: Hier ist eine wunderbare Erleuchtung/ daß der heilige Prophet David so trefflich gewiß redet von den Sachen/die so lange her/nach geschehen solten/und die wir jetzt glauben/als die geschehen sind/ und, doch unser keiner dertassen davon reden könnte/ und schier auch den Aposteln selbst zubor thut/dass ers so gewaltiglich und so mit hellen und deutlichen Worten / und doch alles mit einander so trefflich kurz fasset/dass es nicht menschlich/noch eines geringen Geistes ist/solche hohe unbegreifliche und unausgründliche Geheimniß der Göttlichen Majestät/so im Evangelio soll offenbahret werden/ mit Worten zu erreichen/vielweniger so kurz und gewaltiglich zu fassen/sonderlich so lange zubor/ehe denn es geschehen solte/ und noch des kein Anfang/ kein Wunderwerk/keine öffentliche Predigt geschen noch gehört war. Noch hanget er so fest mit dem Glauben an solchem/so er nicht siehet/ noch mit der Vernunft begreiffet/ und ist ihm so gewiß/dass er auch davon redet/als sehe er jetzt für Augen erfülltet und geschehen/und also mit ihm selbst davon schwächet/ aus frölichem lustigem Geist/ als dem das Herz brennet/ und ganz übergehet mit Freuden/gegen den Herrn Christo/des er im Glauben wartet/als er ihm verheißen war/ und von ihm solte geböhren werden. Quæ omnia affectum singularis gaudii ex summa fide, magna admiratione & ineffabili devotione ortum exprimunt, quemque procul dubio externis quoque oris, oculorum manuumque gestibus singulariter prodidit. Quæque ita expressit B. Lutherus, quemadmodum alibi vult, (b) ut integrum Psalterium, affectum ratione habita, legatur & tractetur. Atque idem hic affectus nunc etiam in præsenti dicto nostro locum obtinet. Sic namque procul dubio & hic animus Davidis gaudio fuit plenissimus, dum in Spiritu prævidit ineffabilem illam multitudinem filiorum illorum ex verbo Evangelii tandem aliquando Messiæ nascendorum tempore N. Test. utpote quæ materia & aliis Prophetis sèpius fuit causa gaudendi, aliosque ad hunc ipsum affectum excitandi. Vid. e. g. *Esaia* II. v. 2. seqq. *Cap. XXXV. v. 1. seqq. Cap. LIV. v. I. seqq. Cap. LX. v. 1. seqq. Zachar. IX. v. 17. &c.*

[a] In *Explicat.* hujus Psalm. I. Tom. VII. Altenb. p. 329. (b) in *Explicat.* Psalm I. Tom. II. Altenb. p. 532. seqq. ubi interalia ita: Am Ende dieses Psalms will ich

ich vermahnen/ welches auch viel heilige Väter / als Anastasius und Augustinus gethan haben / daß wir die Psalmen nicht schlecht dahin singen oder lesen sollen / als gingen sie uns nichts an. Sondern wir sollen sie also lesen und singen / daß wir daraus gebessert / unser Glaube gestärcket und in allerley Nöthen unser Gewissen mögen getrostet werden. Denn der Psalter ist nichts anders / denn eine Schule und Übung unser's Herzens und Gemüths / wie dasselbige gesinnet und geneiget ist / oder ja sein soll. Darum liest der Psalter ohne Geist / der ihn ohne Verstand und Glauben liest / etc. Conf. & Tom. III. Vitteb. Lat. p. 142. & Ejusdem Lutheri Praefationem in Psalmos, quæ à B. D. Justo bona verba & auspicio Sereniss. Duciis Rudolph. Augusti non ita pridem in lucem revocata est. Conf. & Dn. Hermannum vnder Hardt in Grammat. Exeget. Fundament. Cap. V. p. 132. seqq.

## SECTIO II<sup>da</sup>.

### Investigans Dicti Scopum.

S. I.

**D**icti hujus nostri Scopus investigabitur ex ipsa sedula collatione cum antecedentibus, atque inde monstrata coherentia.

S. II.

Egerat nimirum Propheta in antecedentibus de *Messia* ad Dextram DEI Patris sui cœlestis exaltatio, & quidem ita, ut (I) Exaltationem hancce seu sessionem ipsam quoad potiores suas circumstantias descriperit, v. 1. (II) nunc & consequentia quædam Exaltationis hujus factæ recenset. Atque hoc refert (I) positionem inimicorum Messiae ad pedes; v. 1. (2) ipsum regimen in regno gratiæ, Ecclesia nimirum. Ubi (a) regiminis hujus in Zione cœpti (conf. & Lue. XXIV. v. 47.) initium: v. 2. sceptrum roboris tuis &c. (β) regiminis hujus ulterior progressus. ibid. dominare in medio inimicorum tuorum. (γ) regni hujus gratiæ subditi. Hi describuntur partim à spontanea sui, ut populum decet, subjectione: v. 3. populus tuus &c. partim ab insignibus inde adeptis decoribus fidei & vitæ ab ipso primo regenerationis per verbum & sacramentum factæ initio: in decoribus sanctitatis ab utero aurore. ibid. partim à numerosissimo semper accessu augmento: ibid. ros ubi erit Juventutis tua.

S. III.

Egregium hic simul Gratia ordinem videmus, qui in regno

B 3

Gra-

Gratiæ Messiæ, collecta nimirum ejus Ecclesiâ circa subditos & membra ejusdem observatur. Initio ii, qui non erant populus Messiæ *Hosea I. v. 9. Rom. X. v. 19. Ephes. II. v. 12.* sunt ejusdem populus die fortitudinis Messiæ, quo nempe sceptrum roboris ejus ex Zion exit, id est, quo Evangelium, (quod est potentia DEI *Rom. I. v. 16.*) prædicatur, & cui non malitiosè resistunt auditores, sed sponte sese submittunt. Quo spectat vocatio, conversio cum effectu suo immediato penitentie seria. Deinde nunc sequuntur egregia illa sanctitatis deorsa, quibus ab aurore spiritualem utero ornatur hic populus Messiæ, quæ spectant ad Iustificationem, cum qua & regeneratio & renovatio vitæ est connexa de quibus plura infrà. Quibus & accedit singularis illa quoque gratia, quæ ad finem usque mundi Ecclesiam ita collectam & adornatam conservat, ne per deficientem membrorum numerum deficiat aut desinat, sed potius per magnum membrorum numerum quotidiè augeatur & sic conservetur.

## §. IV.

Postquam igitur hâc ratione Propheta descripsisset membra Ecclesiæ N. Test. Messiæ colligenda à vocatione, conversione ac penitentia sua, nunc in illis commatibus, quæ hâc vice selegimus, porrò eadem illa describere vult ab ulteriori gratiâ divina, quibus beanda erunt. Nimirum quod partim insignibus decoribus sanctitatis ita præparata sint ornanda: partim etiam, quod ipsorum numerus ita sit augendus, ut regnum illud gratiæ Messiæ in N. Test. colligendum nunquam sit desitum. Atque hic breviter indicatus est dicti nostri scopus, de quo ulterius jam dispendendum erit,

## SECTIO III<sup>tia.</sup>

### Exhibens dicti Analysis & Sensem.

## §. I.

**A**nalysis juxta Theologiam Exegeticam seu Hermeneuticam, per quam in sensum dicti alicujus inquiritur, statuitur vulgo triplex: Logica, Grammatica & Rhetorica. De qualibet nunc in præsenti hac Sectione erit agendum.

## §. II. Anas

## §. II.

*Analysis Logica* eruit partim primariam propositionem vel thema aliquius dicti: partim ejusdem deductionem seu argumenta. Prius momentum quod concernit, queramus (1) quæ de re, sive de quoniam in præsenti nostro dicto agatur: *Respond.* de populi Messie partim splendido ornatu, partim stupendo numero. Duo hæc sunt themata, quæ etiam duas, ut mox videbimus, formabunt propositiones logicas. (2) quomodo de eodem hocce agatur? *Resp.* Didascalice. Adeat namque species generis Didascalici, prædictio seu vaticinum. Hinc integra dicti nostri primaria propositio hæc erit. *Davidis* vaticinum de populi Messie, partim splendido ornatu, partim stupendo certè magnoque numero. Posterioris momentum seu propositionis hujus deductionem quod attinet, nūm illa sit per duas propositiones logicas insuis subjectis & prædicatis non alia argumenta, nisi merè explicantia, seu circumstantias quasdam (quæ hoc loco interne audiunt) exhibentes. *Prima* propositio hæc est: בחררי קרי ש מושח מישראל in decoribus sanctitatis ab utero aurora, scil. populus tuus erit. Sic autem collocandam esse hanc Propositionem, ceu alterum versiculi hujus membrum majus sat apertè accentuatio Hebraica docet, aliter ac nonnulli minus rectè distingvunt, qui illud קרי ש adhuc ad præcedens hujus versiculi comma retulerunt, medium sic versus sectionem facientes in voce *Tiphatha*, qualis est hæc בחררי קרי ש, cum tamen major hæc sectio sit in voce *Merca Mabitachato* notata, qualis est in jam ulterius præcedente לילון, quemadmodum jamdudum observarunt Celeberrimi Interpretes & Accentuationis quoque observatores accuratisissimi. *Vid.* B. Dn. D. August. Varen. (a) B. Martbiā Wasmuth, (b) B. Martin. Geier, (c) Dn. Andr. Reinbeck / (d) Job. Coccejum, (e) Ludovic. de Dieu, (f) aliosque. Circumstantiae autem hic occurrentes sunt hæc: (1) quæ? Nempe populus Messie, de quo in proximè præcedentibus sermo fuit, qui nimis per potentissimum illud verbum divinum vocatus sponte malitiose non resistendo potentia huic divinae cessit, sic que à Spiritu Sancto ita fuit conversus, ut nunc quoque seriam penitentiam egerit. (2) Quo ornatur? Nempe decore sanctitatis. (3) Quando? Ab ipso regenerationis tempore per verbum & sacramenta factæ: ab utero aurora. Altera Propositio, ut rursus ex accentibus clarum est, hæc est: *Tibi eris ros Juventutis tua.* Circumstan-

stantiae hic occurrentes haec sunt, (1) quis? *Juventus* seu filii, (2) eorum numerus & copia; ros (3) cui erunt? Messiae nemppe: *Tibi*. Vel si in subjectum & prædicatum quoque propositiones logicè resolvere velis, & id fieri facilè poterit.

[a] In *Triumph. David.*, in hunc *Ps. Concl.*, III., [b] in *Vindic. Hebr. Part. II. Cap. I.* Loc. VII. §. 2. [c] in *Commentar. in Psalm.* p. 2067. [d] in *Dætrin. de accentibus Hebraeor. Cap. IX.* §. 201. p. 480. [e] in *Commentar. in hunc Psalm. Tom. II. Opp.* p. 416. [f] in *Critica s. Antimadvers. in V. I.* p. 162.

## S. III.

Pergamus nunc ad *Analysis Grammaticam*, cum qua & hâc vice Rhetorica conjungi poterit. Atque hinc singulae nunc voces expendenda erunt, ita, ut simul sensus quoq; determinetur. Initio ergo occurrit שָׁרֵךְ in decoribus sanctitatis. Vocabulum שָׁרֵךְ significat decorem, honorem, majestatem &c. ab שָׁרֵךְ decoravit, ornavit, honoravit &c. Denotat in genere juxta Eduard. Leibg. (a) omnem honestum cultum, omnem modestam adornatam decentiam. שָׁרֵךְ raro sine reperiri observat Jacobus Gussetus, (b) quidque utrumque dicat inquirere studet. Sed licet non negemus, sœpius vocabulum hocce cum שָׁרֵךְ reperiri; ope tamen Concordiarum Hebraicarum reperimus, sœpius quoque sine שָׁרֵךְ occurgere, & modò cuma Psalm. VIII. v. 6. CXLV. v. 12. modò etiam cum aliis vocabulis, modò etiam solitariè, e. g. Proverb. XXXI. v. 22. Esiae. II. v. 10. Esiae XXXV. v. 2. Psalm XXIX. v. 4. Proverb. XX. v. 29. Mich. II. v. 9. &c. De variò hujus vocabuli usu Biblico vide Ravatell. (c) Inter alia etiam occurrit de *decore* vel *ornatu* quodam, quo quis vestimenti instar est indutus, ut Psalm. VIII. v. 6. CIV. v. 1. Proverb. XXXI. v. 22. Conf. & similem Phrasin Esiae LXIII. v. 1. Atque sic nunc שָׁרֵךְ significat decorem sanctitatis vel sanctum, quali nimur adorare oportebat ex consuetudo loquendi modo, licet in feminino genere. Vid. 1. Paral. XVI. v. 29. 2. Paral. XX. v. 21. Psalm. XIX. v. 2. Psalm. XCVI. v. 9. Nec malè notat Flacius (d) significari propriè quidē pulcherimum illum ornatum vestium sacerdotium, in quibus divinum cultum peragebant: per metaphoram autē istum spiritualem ornatum contriti & DEO fidentis cordis. Neq; a-liter præsenti hoc loco explicari poterit quam de spirituali quodam ornatu, cum de iis est sermo, qui ad veram fidem in Messiam per verbum

verbum Evangelii erant convertendi, quique tandem aliquando veram seriamque pœnitentiam erant acturi. Notanter autem hoc loco occurrit *numerus pluralis*, qui nimur innuit consistere ornatum hunc in *fide & sanctitate*. Hæc enim sunt decora illa, hæc vestes illæ honorificæ, quibus verè pœnitentes nunc ornantur. Convenit hæc interpretatione (1) cum immediatè antecedentibus, adeoque cum scopo textus, ut ex iam dictis constat. (2) cum parallelismo Scripturæ. Sic namque justitia illa Christi fide impunita, vitæque sanctitas inde emanans istiusmodi ornatui decorisque vestibus passim comparatur. Vide loca *Esiae LXI. v. 10.* *Ezech. XVI. v. 14.* *Psalm. XLV. v. 10. 14.* &c. (3) cum ipso compleimento. Sic namque in N. T. dicimus induere Christum & in justificatione & in renovatione, *Gal. III. v. 27.* *Rom. XIII. v. 14.* *Conf. & Coloss. III. v. 12.* *Ephes. IV. v. 24.* Tertium comparationis consistit in hisce. Ornatus nuditatem tegit & squalorem demit. Sic ornatus hicce spiritualis nuditatis & squaloris spirituali opponitur, ut egregie exponitur *Ezech. XVI. v. 6.* f. 99. Ornatus placentem reddit ac acceptum: Sic ornatus hicce spiritualis in primis fidei acceptos nos reddit DEO, *Hebr. XI. v. 6.* *Jerem. V. v. 3.* Ornatus splendidum reddit ac magnificum: ita & ornatus hicce spiritualis revera pulcherrimus nos reddit, splendidos, magnificos & in suo genere quasi majestaticos, (e) quia in eo ut reges & sacerdotes conspicimur, *I. Perr. II. v. 9.* *Esiae LXI. v. 10.* *Apoc. I. v. 6.* Ut alia taceamus. Verè etiam audit ornatus sanctus. Quemadmodum namque vocabulum שְׁמָךְ formaliter separationem quandam denotat ab usu communi ad usum aliquem specialiem, ut hanc quidem quod concernit vocem, peregregie deducit *B. Dn. Samuel Boblius.* (f) Sic certè per ornatum hunc sanctum ad specialissimos usus DEO nimur dicatos separati sumus ab omni usu communi, qui peccati fuit. Quid ulteriori deductione non eget.

(a) In *Critica S. Vet. Test. in hac voce*, p. m. 90. (b) in *Commentar. Lingua Hebraica in hac voce* p. 202. (c) in *Bibliotheca S. Part. I. p. 416.* seqq. (d) in *Clavis Scriptur. S. p. 205.* (e) Sic namque vocabulum hocce decorum, gloriam & honestatem denotat non vulgarem, sed eximium & insignem, tanquam si majestatem dicas. *Conf. & Job. Cocecum in Lexico p. 173.* seqq. unde & *Waser* apud *Eduard. Leigh*, loc. cit., verisimile videtur à voce hæc natum esse adorare lati-

norm (demà aspiratione) quod summum honorem includit. (f) *Diss. I.*  
*pro formalis significationis eruentio primum in Explicat. Scriptur. Sacr. Num.*  
*IV. seqq.*

## S. IV.

Sequuntur nunc voces מְרֹחֶה ab utero aurore. Assumamus verò propter sensum eò melius exprimendum initìò vocabulum מְשֻׁרֵה, quod denotat famosè auroram. Est à שָׁרֵה quod significat & niger fuit, denigratus est Job. XXX. v. 30. Et quae fuit, inquisivis Proverb. XI. v. 27. Hinc de ratione Etymi disputatione: an aurora sic dicatur Hebraicè à nigrore, qui eam adhuc comitatur: utrum verò à querendo, quod exortâ aurorâ res quæri & discerni possint, de quibus vid. Eduardus Leib. (a) Posteriori ut probemus tantum abest, ut invertamus potius, & auroram primum dictam à tenebrarum nocturnarum nigredine, per quam lux solis sensim exorientis rutilat, atque ab hac auroræ notione demum introductam putamus cum felicissimo & incomparabili quondam Exegeta B. Dn. D. Jo. Benedicto Carpzovio, (b) significationem alteram verbi, qua matutinam & promptam inquisitionis hominis novis per somnum viribus instructi atque ad opus alacriter se accingentis denotat quasi aurorare dicas *Esaie XXVI. v. 9.* unde & illud scholis trivialibus tritum: Aurora Musis amica. Nomen מְשֻׁרֵה ergò propriè notat lucem illam rubi cundam in nubibus conspicuam, antequam sol ipse supra Horizontem ascendet, & serram undiquaque collusfreret Gen. XIX. v. 15. Cap. XXXII. v. 14, 26. *Joshua VI. v. 15.* *Judic. XIX. v. 15.* *I. Sam. IX. v. 26.* Et Conf. & Jacob. *Gulielmum.* (c) Sed verò ita propriè hòc locò vocem hancce non posse sumi quilibet facilè concedet. Ad metaphoram ergò quandam nunc fugiendum erit. Sed tum quæritur: quidnam ergò nunc metaphorice per auroram hòc intelligatur? Et quidem varia passim hòc modò comparationes instituta in S. Codice occurront. Comparatur nimirum auroræ Christus *Hosea VI. v. 3.* *Sponsa Canic. VI. v. 10.* Exercitus *Joel. II. v. 2.* Sic & voce auroræ simpliciter posita denotatur sèpius subitanus rei ortus, v. g. *Esaie XLVII. v. 11.* item id, quod citò sit *Hosea X. v. 15.* juxta B. *Salom. Glassium.* (d) Conf. & *Flacium.* (e) Sed interdum etiam denotatur hòc voce aurora quædam spiritualis, quæ consistit in prima illa illuminatione per verbum facta. Quò spectat planè illustris ille locus *Esaie VIII. v. 20.* ut pote

pote quem vocabuli hujus sensum & in Nov. Testam. quoque peregregiè comprobat Apostolus Petrus 2. Epist. I. v. 19. Nempe uti hic Apostolus per translucentem splendorem diei & exortum luciferi, quem ex diligentis scrutinio Scripturæ S. consequimur, salutarem cognitionem & illuminationem intelligit: ita & per auroram initium cognitionis atque illuminationis, quam optimè indicatur. Tertium comparationis apertè hic adest. Atque hic sensus procul dubio & hōc locō eligendus erit, cum ipse scopus textus ipsumque vaticinii complementum vix alium videatur admittere.

[a] In *Critica Sacra*. V. T. in hac voce p. 418. [b] in *Theologia Isaiana MSC. Loco de Scriptur. Sacr. 6. 13.* [c] in *Commentar. Lingv. Hebr.* in hac voce p. 849. [d] in *Rhetorica Sacr. Tr. I. Cap. X. in Philol. Sacr. p. 1216.* [e] in *Clave Scriptur. Sacr. in voce: Aurora* p. 63.

## §. V.

Primum vocabulum פָּנָס significat famosè uterum, vel iuxta Johannem Forsterum (a) matricem, alias etiam piam matrem dictam. Nam, inquit, ut panniculus ille tenuior firmans ac tegens cerebrum maternam custodiam cerebro impendit, ne ledatur, idèo pia matris nomen adeptus est, ita panniculus matris, quia illi alteri & materia & officio est similis etiam Hebrei isto nomine פָּנָס pia mater dicitur. Quo autem fundamento hāc vice non inquirimus. Est à פָּנָס dilexit, vel ut alii cum addito: intime, vehementer dilexit. Rectè autem observat Jacob Gussius, (b) inde derivatum פָּנָס substantivum non de pudendo sive de externa parte dici; sed de parte internâ, nempe loco, in quo fœtus formatur, & in quo sic generatio hominis fit. Neque hoc vocabulum propriè posse hāc vice sumi, quilibet rursus ambabus largietur manibus. Sed verò quid nunc per metaphoram hanc à Spiritu S. intendatur, difficile admodum videtur. Tentabimus autem qualesqualescunque vires nostras. Initio vox פָּנָס generationem respicit. Cumque nunc omnia de rebus spiritualibus & N. T. agant, & hāc voce omnino respicitur ad generationem illam spiritualē ex DEO, sive quemadmodum etiam alias dicimus ad regenerationem illam, oppositam generationem nostrę carnali, quā caro ex carne nascitur Job. III. v. 6. filii ire Ephes. II. v. 3. à qua carnali generatione verò spiritualiter regeneramur



*Job.* III. v. 3. 5. 6. inque filios DEI adoptamur ac gratia<sup>e</sup> i. *Job.* III. v. 1. 2. 9. 10. &c. Deinde vero hæc vox non tantum generationem quandam respicit, sed & locum nunc dicit, in quo generatio fit, & foetus quidam formatur. Hinc ergo jam hoc loco quæro: quis nunc ille locus, in quo spiritualis illa generatio, de qua modò diximus, peragitur quasi in utero? Quærendus is est in Ecclesia, quæ nostrum omnium mater est, *Gal.* IV. v. 26. Nec erraverimus, si dixerimus, hujus uterum esse conventum illum, qui in nomine JESU fit, & in quo verbum Domini prædicatur & Sacra-menta administrantur. Hic singulari sua gratia præfentiæ adest Christus *Matt.* XVIII. v. 20. sponsus ille & maritus suæ Ecclesie *Psalm.* XLV. v. 10. seqq. *Hosea* II. v. 10. seqq. *Eph.* V. v. 23. 25. 32. Hic fit spiritualis illa conceptio, foetus spiritualis formatio ex semine verbi & ex Sacramentis, ex hoc utero nascuntur filii illi DEI. Atque hic uterum nunc vocatur *uterus aurora spiritualis*, nimirum illius, de qua modò diximus, quia nempe *aurora* hæc *spiritualis*, illuminatio hæc uterum huncce fecit foecundum, ut generatio illa spiritualis fieri potuerit. Sic namque ex idiotismo lingua Hebrææ Genitivus sè-pè *causam efficientem* denotat, de quo *B. Salom.* *Glossus*. (c) Conven-tum autem illum in nomine Christi in Ecclesia institutum per verbum, ex quo aurora hæc est, ita foecundari, ut regeneratio fiat, per se jam pater. Illuminatio quippe per verbum præ-cedit, regeneratio vero sequitur. Vide loca *Jacob.* I. v. 18. I. *Petr.* I. v. 23. &c.

[a] In *Dictionario Hebraico in hac voce* p. 780. [b] in *Commentar. Lingv. Hebr.* in *hac voce* p. 787. [c] in *Grammat. S. Libr.* III. Tr. l. *Can.* XXX. in *Phileo.* *Sacra.* p. 449. seqq.

## §. VI.

Supereft nunc adhuc præfixum ב in בָּרַךְ, de cuius vo-cis significationibus vid. *Noldius*. (a) Nos vertimus hoc loco: ab, quemadmodum cum eadem hac voce בָּרַךְ occurrit *Psalm.* XXII. v. 11. ab utero: id est, rectè interpretante *B. Getero*, (b) quam-primum per nativitatem ex utero matris in hanc egressus sum auram. *Conf.* & *Psalm.* LVIII. v. 4. & similem loquendi modum *Esaie* XLIX. v. 1. &c. Hoc ergo vult dicere Spiritus Sanctus, populum Mes-

Messia tam egregie ornatum proditum esse, & quidem speciatim, quod vestes sanctitatis seu sanctam vitam concernit, quamprimum nimirum ceu filii DEI ex utero illo Ecclesia spirituali per illuminationem verbi fecundato prodierint. Quare & notanter regeneratio & renovatio conjunguntur, utilia praecedat, hæc statim sequatur *Tit. III. v. 5.* Quâ ratione omnia & inter se cohærent, & cum ipso vaticinii complemento conveniunt, ipsaque fidei analogia.

[a] In Concordant. Particular. in hac particula. [b] in Commentar. in Psalmo p. 335.

## S. VII.

Supereft adhuc ultimum versiculi membrum: טַל יְלֹוָה. Tibi (erit) ros juventutis tua. Consideremus hic initio vocabulum יהוּה. Hoc nimirum est à יהוּ, sed variè passim redditur & explicatur, de quibus plura infrà. Nobis autem per placet hoc loco eorum sententia, qui de *juventute* illud explicant, quo in sensu etiam occurrit *Cohel. IX. v. 9, 10.* Quæ significatio cum & hic quam optimè integro contextui conveniat, omnino retinenda est. Sumitur autem hic abstractum pro concreto, qualis loquendi modus est in S. Codice perquam frequentissimus. Vid. *B. Salomon. Glassius.* (a) Ut adeò sermo sit de *Juvenibus pueris vel filiis*, quales & illi describuntur, de quibus sermo est *Zachar. IX. v. 17.* Intelligentur autem *spirituales* illi, quique per regenerationem & adoptionem tales sunt, quâ nimirum ex filiis iræ, quales homines à naturâ sunt *Eph. II. v. 3.* filii fiunt gratia & DEI viventis *Hocce I. v. 10. Rom. IX. v. 26. I. Job. XL. v. 1. Et.* Quæ interpretatio omnium optimè convenit (1) cum ipso vocis significatu, ut ex hac tenus dictis satis jam appareat. (2) Cum ipso contextu, & cum immediatè antecedentibus, in quibus mentio facta fuit eorum, qui decoribus sanctitatis, atque sic fidei quoque, quæ justificat, sunt ornati, quique ex utero auroræ spiritualis filiorum spiritualium instar prodierunt. Cur ergo non eosdem dixerimus Juvenes hosce Messia filios? (3) cum ipso vaticinii hujus complemento, in quo hunc ipsum modò dictum ordinem eleganter reperimus. Sic e. g. *Job. I. v. 12. seqq.* apertissimè Christo tribuuntur filii seu juvenes & pueri; & quidem hoc ordine, ut initio fiat mentio apprehensionis seu receptionis ipsius, quæ fide

nimirum facta, quemadmodum eō ipso versiculo explicatur. Enī hic decora illa *santitatis*, quibus credentes splendent, cum Christum justitiamque ejus vestis & ornatus sanctissimi instar apprehenderunt, & receperunt. Deinde verò nunc dicitur, quod his ipsis facta fuerit potestas, ut filii DEI essent. Enī יַעֲמֹד וְלֹרֶה Juventutem & filiationem hancce. Atque hi ipsi nunc versu sequenti dicuntur ex DEO nati. Enī prodeunte ex uero illo spirituali! Vid. in h. loc. B. Mart. Chemnitium (b) & B. Dn. D. Dorsibeam. (c) Similiter idem illud videre est Gal. III. v. 26. 27. ubi eundem fermè hunc habes ordinem. Dicuntur autem *Juvenes*, etiam si multi sint inter eos ætate proiectiores, quia omnes renasci oportet, quemadmodum id pereleganter Christus Nicodemo explicat Job. III. v. 3. seqq. Nam regeneratio hæc & ipsos senes similes facit juvenibus & pueris, imo modò natis infantibus I. Petr. II. v. 2. Conf. & Hebr. II. v. 14. Denique & illud adhuc notandum, nomen יַעֲמֹד sumi hic quoque *collective*, non pro *pueritia* alicujus; sed pro *pueris* seu coetu ætatis juvenilis, quo modo & apud Latinos *Juventus* nomen usurpat; ut cum *Virgilius* (d) offeram *juventuem* appellat *Juvenes* moribus efferauit. Jul. Cesar (e) omnia *juventus* omnis etiam gravioris ætatis. Et Cicero: (f) *Juventutem* laboribus erudiunt &c. Conf. B. Calov. (g) & Andr. Rivetum. (h) Affixum Tua notat potissimum originem, quam habent credentes à Christo, ut filii & semen ejus Psalm. XXII. v. 31. Esaiæ LIII. v. 10. & unde etiam Messias Pater audit Esaiæ IX. v. 6.

(a) In Rhetorica Sacra. Tr. I. Cap. IV. p. 1080. Philologia Sacra. (b) In Harmon. quatuor Evangelistar. Tom. I. p. 42. seqq. (c) in Commentar. à Magnific. Dn. D. Fechrio edito p. 973. (d) Libr. VIII. Æneid. (e) de Bello Gallico Libr. III. (f) e. Tuscul. (g) in Bibl. Illustrat. V. T. Tom. I. p. 1092. (h) in hunc locum Vol. II. Opp. p. 309. seqq.

### §. VIII.

Vocabulum נָסַר habet famosum significatum roris à נָסַר texit, obexit, sic dictus juxta Eduard Leib, (a) quod herbas & graminis obteget, vel juxta Jacob. Gustetum, (b) à ruendo deorsum, quia ros ipsum vapor est statim præcipitatus, antequam ad regionem nubium ascendere, & ibi tantillum stare possit, quemque juxta illa Hosea VI. v. 4. Cap. XIII. v. 3. & Cantic. V. v. 2. in matutis-

*maturinum & nocturnum* distinguit Sam. Bocharte. (c) Atque sic hoc loco respiceretur potissimum ad *maturinum illum*, quia & auroræ fit mentio. Sumuntur autem in Sacris varia passim à rore similitudines, de quibus prolixius Flacius, (d) & Ravanello. (e) agunt. Præsenti autem loco videtur potissimum respici ad *roris mirabilem fœcunditatem, gutterumque venustam multitudinem*. Quemadmodum in hoc sensu eò clarius hoc simile propositum & explicatum habemus Mich. V. v. 7. Esaiæ XLIX. v. 20, 21. Cap. LIV. v. I. *seqq.* Nempe quemadmodum ros ex oriente aurora tempore matutino mirabili certè modò magna cum fœcunditate, magna certè copia nascitur: ita & *Juventus Messiae* nascetur. Ita & mirabili certè modò mirandaque maximè copia filii nascetur *Messiae* summâ venustate conspicui, qui grati per fidem & copiosum sanctitatis fructum proferunt. Quemadmodum rursus id videre est ex ipso vaticinii hujus complemento. Quot enim non vel solo die Pentecostes per *concionem Petri* füere conversi, illuminati, sicutque etiam spiritualiter renati, magno decore conspicui Actor. II. v. 41. *seqq.* qui numerus & successus temporis magis crevit & in hunc usque diem angetur. Ut hic sit sensus, nascendos esse *Messiae* non saltem filios in ipsum credentes magnò decore conspicuos; verùm etiam egregium horum numerum futurum esse, indies eò magis magisq; augendum per verbum & *Sacramenta*.

[a] In *Critica Sacra*. V. T. in hac voce p. 151. [b] in *Commentar. Lingv. Hebr.* in hac voce p. 302. [c] in *Hierozoic. Part. Pisor. Libr. II. Cap. XLIX.* p. 550. [d] in *Clave Scriptur. Sacra*, in hac voce p. 1075. [e] in *Bibliothec. Sacra*, in hac voce Part. II. p. 499.

### §. IX.

Supèrest adhuc vox יְהוָה Tibi, quā denotatur potissimum etiam *sins*, in quem hæc egregia multitudo oritura, quemadmodum per suffixum in יְהוָה origo potissimum notatur. Sic nunc porrò ipsi hi juvenes ac filii nati tribuuntur, ut nimirum sint sui & populus suus ac peculium Ps. II. 8. Mal. III. v. 17. 2. Thessal. II. v. 14. Tit. II. v. 14. ad serviendum ei Luc. I. v. 74. *seqq.* 2. Cor. V. v. 15. &c. Neminem autem alium, quam *Messiam* hic intelligi & posse

& posse & debere contra quosvis adversarios jam satis superque  
Sect. I. §. 2. probatum dedimus, quæ hic repeti poterunt.

## §. X.

Quæ omnia verò ut sensus eò facilius pateat, breviter nunc  
in hanc Paraphrasin redigi poterunt: Populus ille tuus, ô Messia,  
de quo in antecedentibus sermo fuit, tanquam ad Te tandem aliquando  
tempore N. Testi convertendo, ille in decoribus sanctitatis seu vestibus &  
ornatibus sanctis admodum splendidè tandem aliquando incedet, id est, &  
fide in Te cœu Servatorem mundi & inde fluente sanctitate vita seu varia  
virtutibus Tibi placentibus erit ornatus, & quidem statim ab eo ipso tem-  
pore, quo ex utero illo spirituali, quem aurora illa spiritualia jam facun-  
dum fecit, prodituras fuerit: id est, ab eo ipso momento, quo ex conven-  
tibus Ecclesie, in quibus verbum Domini prædicatur, & Sacraenta ad-  
ministrantur, (& ex quibus jam illa illuminatio est tam efficax) cœu  
illuminatus ac conversus fide donatus, seriaque pénitentia at&a jūstificatus,  
nunc etiam ut spiritualiter regeneratus, inque filios DEl adoptatus, prodi-  
turus fuerit. Ab hoc ipso, inquam, momento & vera illa fides in egregius  
illa DEOque placentibus operibus sese ostenderet. Néque tantum tantus fili-  
orum horum DEl erit splendor, verum etiam magnus & splendidus Juvenum  
borum ac filiorum tuorum spiritualium, quos Tu hac ratione spiritualiter per  
Spiritum Sanctum regenerasti, erit numerus inßar roris ejusque guttarum  
nunquam destitus. Tibi quidem, ô Messia, in peculum, ut te cœu ve-  
rum illum Regem Ecclesie Tua colant, Tibique serviant.

SECTIO IV<sup>ta</sup>.

## Collationem cum aliis instituens.

## §. I.

**D**edimus hactenus juxta regulas hermeneuticas dicti hu-  
jus nostri exegesin ac sensum, ut omnia eò planius pos-  
sent legi ac intelligi, studio omisimus auctores nobiscum  
consentientes, quibuscum verò nunc in præsenti hac Sectione co-  
gitata nostra exposita conferemus.

## §. II.

**I**nitiò huc spectant Versiones, quarum autem paucissimæ, quantu-

tum quidem distinctionem concernit, nobiscum convenientiunt. Cl.  
*Dn. Andreas Reinbeck* (a) vertit ita: *populus tuus erit in decoribus  
 sanctitatis ex utero aurora: Tibi erit ros juventutis tue. Quæ versio accentuum positum exactissimè sequitur, & excepto quod D in  
 ☽ןר per ex fuerit redditum in omnibus nobiscum convenientiunt.*  
*Quoad sensum autem plures omnino nobiscum consentientes  
 habemus. In primis vero B. Lutherus, qui in Versione sua rectissimè ornatum illum sanctum filiosque Messiae spirituales respexit. Idem & in Versione sua Latinâ respexit B. Sebas. Schmidt, ut mox ex ipsius Commentario in hunc locum quoque videbimus. Et  
 B. Wasmuth (b) ita latinè vertit: in pulchritudinibus sanctitatis ex u-  
 tero aurore, tibi erit ros juventutis tue, quâ versione itidem eundem sensum de ornato spirituali potissimum intendit, ut ex addita Exegeesi, de qua mox appetat, distinctionem quoque quam optime observat. Sic & B. Sam. Bohlius (c) hanc habet integri hujus versiculi perspicuam paraphrasin: *Denn ich sehe hierunter noch höheres / nemlich / daß das Volk / so dir willig anhangen wird / im Stande deiner Erhöhung / wenn du zur Rechten Gottes erhoben bist / wird im heiligen Schmuck / da es in dir vereinigt sich rühmet / als ein Thau und Menge deiner Mannschaft und Christen vielmehr sein / als die Mutter der Morgenröhte Thau-Tropfen hat / du wirst / sage ich / mehr Unterthanen haben / als die Morgenröhte Thau-Tropfen.* In quo vero & hic à sententia nostra abeat infra videbimus. Et quæ sunt fortè istiusmodi versiones aliæ idem intendententes.*

(a) In *Doctrina de Accent. Hebr.* p. 480. (b) in *Vindic. Hebr. Part. II. Cap. II. Loc. VII.*, p. 239. (c) in *Analytica Paraphrasi Psalmorum in hunc locum* p. 749.

## §. III.

A Versionibus progradimur ad *Interpretes & Commentatores*. Et quidem antiquiores quod concernit, tum *Patres* quidem communiter fermè dictum hocce aliter explicant, & quidem potissimum illi, qui Versionem *LXX. Interpretum* fuere secuti & ab eadē seducti, de quibus plura infra. Sed vero cum in primis tempore Reformationis cum eo majore luce Evangelii ora etiam studium Linguæ Sanctæ & ex ea interpretandi Sacrum Codicem methodus resfloresceret, tum & de hoc praesenti dicto paulò aliter sentire coeperunt interpretes. Ex quibus nunc præ omnibus aliis primo loco nominandus mihi

est B. Notter Megalander *Liberus*, qui duplitem Commentarium in hunc Psalmum scripsit. In priori (a) verba בָּהַרְיִ קְרִבָּה verit in heiliger Hierde / & ita explicat: Das ist / sie werden mit innerlichem Schmuck geziert sein / als den niemand sieht den Gott / und wer Gott sieht und erkennet / als im 45. Psalm: Omnis gloria filia Regis ab intus. Aller Schmuck des Königes Christi Tochter ist inwendig und verborgen. Denn in Ebraeischer Sprache heißt auch das Heilige / das da verborgen und von allen Sinnen gesondert ist in geistlicher Finsternis etc. Et mox addit: Siehe diese Lauterkeit und inwendige Reinigkeit des Willens von allen Dingen ist die rechte Hierde der Leute Christi / die da übertrifft übermäßig allen Schmuck / den ein Mensch erdenken mag. Denn in dieser Hierde ist ewige und allerley Hierde / und ohne diese Hierde ist alle andere Hierheit ein stinkender Unsaft und Fustuch. Denn diese ist bedeutet in der klaren / weissen und lauteren Erscheinung der Engel bey dem Grabe / und in der Verklärung unsers Herrn und Seeligmachers auf dem Berge Thabor. Darum spricht nicht übel der alte Text: In splendoribus sanctorum, sive splendoribus sancti, vel charitate rerum sanctorum, das ist / in heiliger Klarheit und geistlicher inwendiger Lauterkeit etc. Sic & verba de Juventute Messiae & de utero aurora ita explicat: Nach selbst siesendem Verstande ist hier beschrieben die Geburt des Volkes Christi. Das merke man daher / dass diese Worte werden zu Christo gesprochen als er bereit ist und ein Herr ist. Auch das Wörtlein (dir) gibt zu verstehen / dass er von andern Kindern sagt denn von Christo / anders wäre es gnug gesaget: Aus der Morgenröthe Mutter wird deine Kindheit gebohren werden. Nun spricht er / wird dir deine Kindheit gebohren werden. Das ist nun die Meinung / das Christus ein Herr und König ist / und hat schönes Volk / so muss er auch eine Königin oder eine Braut haben / und nicht unfruchtbare seyn. Denn ein solcher König muss ja auch Erben und Kinder haben. Die beschreibt er also: Das gleichwie sein Reich geistlich ist / geistlich Volk / geistliche Gewalt / geistlicher Schmuck: Also soll man nicht wöhnen / dass Christus leiblich Weib und Kinder haben werde / wie denn die Juden warten auf ihren Messias; Sondern sein Weib / Braut und Königin heißt aurora, die Morgenröthe / das ist / die Christliche Kirche / aus derselben Mutter oder Leib kommen ihm seine Kinder. Darumb hab ich gedeutscht / Kinderschaft / und nicht Kindheit.

heit. Als die Mannschaft heist Versammlung der Männer / Priesterschaft der Priester / also sind Kindschafft die ganze Gemeine / seine Söhne und Töchter etc. In posteriori Commentario (b) verba בְּהָרִיר שֶׁרֶב vertit im heiligen Schmuck / & ita explicat: Mit diesem Wort macht er dieses Königs Volk (dass ist / seine Gläubige Christen) alle zu Priestern / und sagt von einem neuen und andern Priester-Geschlecht oder Priesterthum / denn das Levitische war / welche bei den Juden allein Priesterliche Ehre und Amt hielten: Mahlet sedaher als die da stehen in ihren Priesterl. Kleidern ( wie jene Priester in ihrem Amt müssen haben ) zum Opfer und Gottes Dienst herrlich und schöne geschmückt. Denn diese Wort / heiliger Schmuck / heist nach der Schrift Weise nicht anders denn die schönen Priesterkleider / wie Exod. 28 Gott zu Mose spricht : Du soll Aaron etc. Solch Priesterlich Amt und Schmuck zeucht und deutet hier der Prophet auff die Christen / oder des neuen Testaments Volk / und saget / dass ihr Gottes Dienst soll ein schön herrlich Priesterthum seyn als dere / die da immer für Gott stehen und eitel heilige Opfer thun. etc. Was ist denn nun solcher heiliger Schmuck / oder Priester Kleider / damit die Christenheit geziert / und sein heilig Priesterthum heißt? Nichts anders denn die schönen göttlichen mancherley Gaben des heiligen Geistes / ( wie S. Paulus und Petrus sagen ) welche werden der Christenheit gegeben darzu / dass dadurch Gott erkannt und gepreiset werde. etc. Deinde & Juventutem de filiis spiritualibus explicat: Ein Königreich muss also gehalten seyn / dass darinnen immer Kinder gezeuget werden und Leute auffwachsen / damit es erhalten werde / dass es nicht wüste werde und untergehe. Also muss dieses Königreich auch regieret werden / dass es immer zunehme und wachse mit Leuten / und Nachkommen habe / soll anders die Christenheit bestehen und ein bleibend wesen seyn. Eundem sensum & alibi (c) passim dat. Philippus Melanchthon (d) eadem fermē repetit. Sic namque verba בְּהָרִיר שֶׁרֶב ita explicat: Phrasis est Ebrae in ornatu sancto pro vestitu Pontificio. Alludit enim ad sacerdotes sacrificantes in vestitu sacro. At ergo credentes Christo sacrificatores esse spontaneas oblationes tanquam in Pontificalia veste. Sicut & Esaias inquit Cap. LXI. vos autem sacerdotes Domini vocabimini. Et paulo post de ornatu loquitur. Et quasi sponsum vestiet sacerdotum more. Quanguam autem ornatus Pontificalis generaliter significat omnia dona Spiritus Sancti, tamen principice significat ministerium Evangelii & confessionem; hic est principalis & summus

cultus, quem comitantur deinde cætera virtutes patientia in afflictionibus & alia bona opera, quibus glorificatur DÉUS &c. Sic & יְהוָה licet de nativitate Cbristi ex Maria quodammodo explicet, tamen mox addit: Extat & alia interpretatio pia Gapta, quam probo, & alias amplecti facile patior, videlicet, que non de regis persona, sed de populo loquitur. Nascerur Tibi populus, sed tanquam ros, hoc est, populus DEI non generatione carnali propagabitur ex semine Abrabe, sed omnes gentes vocabuntur ac nascerur populus DEI per Evangelium & Spiritum Sanctum, ut Iohannis I. dicitur. Ait ergo ros generis sui, id est, multitudine nata divinis sparsò verbo & misso Spiritu S. sicut ros spargitur de caelo &c. Eadem quoque quondam docuit maximè genuinus B. Lutheri discipulus B. Dn. D. Hieronymus-Wellerus à Molsdorff, (e) qui de ornatu sancto ita: Alludie ad sacerdotes Leviticos sacrificantes in vestitu sacro. Docet autem omnes credentes in hunc Regem esse sacerdotes, & offerre DEO spirituales hostias Rom. XII. v. 9. Hinc illud Petri I. Petri II. v. 9. Vos estis regale sacerdotium, populus Sanctus. Est autem iste Sanctus ornatus propriè dona Spiritus Sancti I. Cor. XII. Haec enim DÉUS glorificatur & Ecclesia Christi adficatur. Vocantur autem dona Spiritus Sancti non modò illa insignia dona spiritualia, quorum mentionem facit Paulus I. Cor. XII. sed etiam omnes virtutes seu fructus fidei & bona opera Matth. V. &c. Quoad illud membrum de rore juventutis recenset sententiam tam Philippi, quam & Lutheri. Matthias Flacius decorem sanctitatis ita explicat. (f) Significat autem propriè quidem pulcherrimum illum ornatum vestium sacerdotialium, in quibus divinum cultum peragabant, per metaphoram autem istum spirituale ornatum contriti & DEO fidientis cordū. Eadem etiam praefatis est Psalm CX. v. 3. populus tuus spontaneus in die virtutis tua in splendoribus sanctorum vel potius sanctitatis, ubi eadem illa metaphorica significatio est, de qua modò dixi, nempe quod populus Messie colet etiam eam in pulcherrimo illo ornato Spiritus nempe contrito corde & verâ fide, cum iù suos adversarios, peccatum, satanam & mortem potenter devicerit & Ecclesiam sibi collegerit. Juventutem Messiae quod concernit, tum (g) abstractum habet pro concreto, & itidem de pueris & filiis Messie, eorumque admirabili ortu & multitudine explicat. Peregrigè etiam Vinarienses (h) commentantur: Im heiligen Schmuck angezogen mit den Kleidern des Henls und mit dem Rock der Rechtigkeit bekleidet/ Esaïä 61. v. 10. welches du selbst bist in deinem heiligen Verdienst / mit wahrem Glauben ergriffen und zu eigen gemacht!

macht/Gal. III. v. 27. Rom. XIII. v. 12. 14. Und daß so vielmehr/  
dieweil sie nicht allein geistliche Priester seind/ sondern auch ) deine  
Kinder/ ( und du ihr ewiger Vater bist/Esaia IX. v. 6. denn dieselbige)  
werden dir gebohren ( aus dem Wort und Sacramenten/ Joh. I. v.  
12. 13. Cap. III. v. 3. 7. 1. Petr. I. v. 3. 4. 23. Jacob. I. v. 8. ver-  
borgener himmlischer Weise und in grosser Menge) wie der Thaurc.  
His & alii pasim ex Nostratibus Thelogis accedunt. Sic e. g.  
B. Dn. D. Calovius (i) *decora illa sanctitatis dicit consistere in fide &*  
*santitate, qua sunt vestes sacra, qua docent iegingimpa ἄγιον νόη Βασί-*  
*λειον 1. Petr. V. v. 5. 9. Apoc. V. v. 10. addit & Ezech. 17. v. 14. Mich.*  
*II. v. 9. ubi hæc eadem vox ὥρη de ornatu sacerdotali juxta ipsum di-*  
*citur. Addit adhuc loca Esaie LXI. v. 10. Gal. III. v. 27. Epbis. IV.*  
*v. 22. Col. III. v. 10. 12. Apot. XIX. v. 8. Sic & rorem Juventutis ex-*  
*plicat de innumerâ multitudine filiorum Messiae, qui spiritualiter reger-*  
*erantur. Eadem & Dn. Theodoric. Hackspann (k) habet. Et B. Dn.*  
*D. Geier (l) itidem de ornatu Christianorum spirituali, & de semine il-*  
*lo, quod Messias ceu Pater spiritualis habiturus sit, ejusque in-*  
*numerâ copiâ. & B. Sebäf. Schmidt (m) de honoribus sanctitatis, quibus*  
*sancṭe honoratur & colitur Christus in veritate fidei & sanctita-*  
*te vitæ, & de fidelibus renati de novo in Christo explicant. B. Dn.*  
*D. August. Pfeiffer (n) de utero aurore differens nobiscum de gremio*  
*Ecclesie & semine verbi cœlestis, ex quo spiritualis filiorum proveni-  
tus, verba explicat. Rorem Juventutis de copiâ filiorum Messiae spiritu-  
alium etiam explicat B. Dn. D. Dannbauer, (o) quod & Dn. Misander*  
*(p) facit. Sic & B. Willb. Lyscrus decorata sanctitatis eodem modo ex-  
plicavit. (q) Eodem modō & prolixius hoc dictum explicarunt*  
*& de regeneratione quoque fidelium interpretati fuerunt B. Dn.*  
*D. Gerhardus, (r) B. Salom. Glässius. (s) Conf. & Job. Olearium. (t)*  
*Reinhard. Bakium, (u) Job. Arndtum, (x) Noldium. (y) & Georg Maebium. (z)*

(a) Tom. I. Altenburg. p. 106. seqq. (b) Tom. VII. Altenburg. p. 357. seqg. (c) sic  
nimur in der Antwort auf das überchristliche Buch Völkis Emser Tom.  
I. Altenburg. p. 577. rorem juventutis itidem de filiis Messiae spiritualibus ex-  
plicat, quando ita: Christi Kinderlein werden nicht aus eines leiblichen  
Weibes Bauch oder Mutter gebohren/sondern ohne Manns Werk/wie der  
Thaurc vom Himmel aus der Morgenröthe der Christlichen Kirchen etc. [d]  
in Enarrat. in Psalm. CX. Part. II. Opp. p. 712. seqg. (e) in Commentar.  
in Psalmos, in Opp. Tomo latino non ita pridem edito p. 639. seqg. (f) in  
Clav.

Clav. Scriptur. S. voce: decor. p. 205. (g) loc. cit. in voce aurora, p. 64. Et  
voce ros p. 107f. (h) in Biblio suis in b. loc. (i) in Bibl. Illustrat. V. T. Tom. I.  
p. 1092. (k) in Notis Philologico-Theolog. Part. II p. 334. (l) in Commentariis  
in Psalmos p. 2067, seqq. (m) in Resolut. Psalmor. Prophetior. de Christo  
p. 538, seqq. (n) in Dubiis Veteris p. 625, seq. [o] in Lat. Cateches. Part. VI.  
p. III, apud Misandri, in Dictione Biblica V. T. anni 1699, p. 905, seqq.  
Confer & euadem Danckauerum in Hodo & Sophia p. 623. Et p. 925. (p) loc.  
cit. p. 912. (q) in System. Theor. Exeget. à Magnifice Dn. Neumanno editio p.  
832. seqq. [r] in Harmon. Evangel. Cap. CLVI. p. 528. (s) in Christol. Da-  
vidi. Disput. III. (t) in der Biblischen Erfahrung in b. loc. Part. III. p. 604.  
[u] in Comment. in Psalter. Part. III. p. 157, seqq. (x) in der Auslegung des  
Walters p. 630. (y) in Annotat. ad Concordiam, Partic., p. 1029. (z) in Disput.  
Theolog. p. 1161, sq.

## §. IV.

Utque nunc quamplurimos alios ex Nostratis Theologis  
faceam, saltem adhuc quosdam ex ipsa hâc Academiâ adducere  
placeat, in quantum nobis consentiunt. Sic e. g. B. Dn. D. Joha-  
nes Quistorius Senior (a) rorem illum Juventutis explicat de si-  
delibus, qui sunt subditi Christi ad dextram Patris confidentia, Et ponit se  
ejus imperio subiectum, quique nascuntur DEO, per verbum & sacramenta  
eos regenerante, Et copiosissimô numerô terram implente. B. Jobannus Affel-  
mann (b) de hoc dicto nostro ita: Fatiemur ingenuè Hebraum Tex-  
tum commodius exponi posse de fidelibus Christi, qui ipsi perinde uberim &  
magnâ copiâ nascantur atque ex aurora ros matutinus provenit, et amque  
ob causam juventus Christi dicuntur. B. Dn. D. Dorstebeus (c) hanc dictio no-  
stri dat paraphrasin, quam & uberior explicat & vindicat: Populus  
ex boſibus suis vindicatus erit populus voluntatum seu devotione  
scil. ad cultum & sacrificia spiritualia, in die non carnis & humilitatis sue,  
in qua nullus ferè erat successus, qui magna prosperitatibz sibi facere vide-  
retur, sed fortitudinis & vitoriosa glorie, Et illa voluntaria veneratio sive  
in decoribus seu ornamentis sanctitatis, sive sanctissimis Miraberiis unde tantus  
conventus, tanta venerabundi populi multitudo? Nativitas sive genitura sive  
Christianismi pueritia erit sicut ros è matre aurora copiosa, facilis, prom-  
pta, subita. B. Dn. D. Augustus Varenius (d) itidem nobiscum con-  
venit, & quantum spirituale illum ornatum spiritualemque fi-  
liorum Messiae generationem concernit. Decora illa sanctitatis e-  
odem quoque modò B. Dn. D. Matthias Wasmuth (e) explicat  
ac nos explicavimus, qui & ea de juventute cum B.  
Joh.

*Job. Tarnovio de regeneratione quādam explicat, sed tamen paulò aliter ac nos, de quibus infrā. Et qui fortè sunt alii.*

- (a) In *Annotat. in omnes libros Biblicos V. T. p. 435. seqq. [b] in Synagm. Part. I. p. 113. [c] in Antis Corinio p. 197. seqq. [d] in Triumpho David, in hunc Psalmum. [e] in vindic. Hebr. Part. II. Cap. I. Loc. VII. §. 1.*

## §. V.

Sic quoq; ex aliis aliarum religionum Theologis consentientes quosdam habemus. Sic namque sententiam hanc non respuit Lorinus apud B. Dorseb. (a) Habet eam & Cajetanus, descripsit qualitas rem fidelium filiorum simulcum qualitate fidelium Pastorum Apostolorum reliquorum erat, ut describeret modum, quo ipsi filii generandi essent. Et hunc modo describit ad similitudinem generationis roris de matrice aurora. Et intendit, quod generatio fidelium Christi non erit sicut generatio, quā mater generat unum aut duos filios, sed erit sicut generatio roris, qua aurora generat simul magnam roris multitudinem, ita erit generatio fidelium Christi &c. M. A. Flaminius (b) proponit, sed non rejicit hanc Cajetani interpretationem. Castalio (c) ita explicat: Tot habebū discipulos, per quos hostes vineas, quam densus est ros matutinus. Quod parūm à sententia nostra differt. Clarius (d) in h. locum ita: In Christo autem omnia consummata habentur. Huic enim in die, quo veriorem arcā, id est, corpus suum talis intulit, statim adesse cuperant incredibili frequētia populi spontanei, qui etiam vita iacturam magnō cum gaudio facerent. Ibi celestem splendorem & magnificentiam per tam varias & admirandas doles Spiritus S. exhibuit, & sicut ros manē terram obtigit & secundat, ita undique apparuerunt, qui spiritu ejus mundum fertilem pietatis & innocentia reddiderunt. Hugo Grotius (e) rōrem juvenitū de semine Messiae explicat, quando in hunc locum ita: Non minus erit secundum semen tuum, quam ros matutinus. Quæ si de Messia tantum explicentur, non improbanda. Sixtinus Amama (f) ornatus sanctos de sancto proposito colendi DEUM & de sanctitate vita pariter explicat. Et de rōre juvenitū ita: Sicut ros ex matutino aere sicut ex utero nascitur in plurimas guttulas dispersus, ita nisi cui electi sui nascetur maximo numero ex predicatione Evangelii. Andreas Rivetus (g) de ornato spirituali non malē ita: Quāta autem sit ornatus ille ex natura regni judicandum est, & ex sanctitatis epitheto, ut spirituale & sacrum ornamentum, non profanum & temporale intelligamus. Est igitur ornatus ille nihil aliud quam rōrus & internus homo, qui secundum DEUM creatus est in justitia & fam-



*E*s sanctitate veritatis Ephe. IV. v. 24. Non male quidam de donorum spiritus Sancti, quibus ornantur fideles, varietate mirabili intelligunt. In verbis autem: *tibi* ros *juventutis tue*; dicit significari multitudinem fidelium instituentium populum voluntarium & roris nomine intelligi metaphorice incrementum subitum per generationem non carnalem, sed spiritualem & coelestem. Voluisse autem hic metaphorice DEUM totum genituræ opus in Ecclesia sibi vendicare, quod alibi facit comparatione genituræ naturalis Esaie LXVI. v. 9. Et. Johannes Coccejus (h) decora sanctitatis quoque explicat de ornamentis illis, quorum fit mentio Psalm. XLV. v. 10. & ita vocari docet charismata Spiritus S. & fructus Spiritus, quibus probatur DEUM habitare in illis, adducit & Ephe. VI. v. 13. 18. rorem Juventutis explicat de copia geniminum, vel pro puerorum copiâ. Ludovicus de Dieu (i) itidem de populo decoribus sanctitatis instructo interpretationem facit; roremque juventutis explicat de populo Messiae cum ipso pugnatio, qui rorida sit futurus juvenus, atque adeò omnino etiam filii spirituales necessariò esse debent. Quemadmodum & Petrus Ravanelius (k) explicat dicens: *Juventus ponitur pro Juvenibus* (abstractum pro concreto) Psalm. CX. v. 3. & duplicitate tropo, b. c., metonymia adita metaphora pro iis qui conversi sunt ad fidem Messiae, seu qui fidem in Christum proficiunt, ibidem enim denotantur per juvenam, id est, per juvenes Christo, quia sub auspiciis ejus militant &c. Quâ ratione facile conciliari cum nostra sententia posset, quamvis alii nobiscum sentientes refutent sententiam hanc de militibus Messiae. Conf. & Job. March. (l) Qui apud Polum (m) nobiscum convenientes reperiuntur, legi ibidem poterunt, quibus nunc plurimi alii adhuc forte occurrentes addi poterunt. De iis vero, in quibus & modò jam recensiti aliqui à nobis abeunt, infra ulterius Sect. VIIa dicetur.

(a) In AntiCornao p. 198. (b) apud B. Dn. Dorsch, loc. cit. (c) Criticor. Sacror. Tom. II. p. 1534. (d) Criticor. Sacror. Tom. II. p. 1535. (e) Criticor. Sacror. Tom. II. p. 1536. (f) Criticor. Sacror. Supplement. Tom. II. p. 1061. (g) in hunc Psalm. Vol. II. Opp. p. 308. (h) in hunc Psalm. Tom. II. Opp. p. 416. [i] in Critica Sacra seu Animadvers. in V. T. in b. loc. p. 163. (k) in Bibliothec. Sacr. Part. I. in vor. juventutis p. 873. (l) in Exeget. Exercitat. ad so. selecta loca V. & N. T. Ann. 1697. edit. Exerc. 18. n. 6. p. 283. seqq. (m) in Synops. Criticor. Vol. II. in hunc locum.

SECT.

SECTIO V<sup>ta.</sup>*Porismatica.*

## Porisma I.

*Verbum DEI clarum est & perspicuum.*

§ I.

**P**er verbum DEI intelligendum non saltem *predicatum*; sed *scriptum*, quod hodiè vulgò Scriptura Sacra audit. Utrumque namq; uti eundem habet auctorem, idem etiam tractat, idemq; intendit ac operatur, ita & ejusdem est natura ac conditionis. Per claritatem & perspicuitatem intelligimus facillimum ejusdem sensum ac intellectum, potissimum in iis, quæ fidem excitandam vitamque dirigendam concernunt, non quidem ex propriis hominis legentis aut audientis viribus; attamen Spiritu Sancto gratia suâ assistente ac illuminante.

§. II.

Atque sic clarum & perspicuum verbum Domini esse probamus ex dicto nostro hòc argumento: *Quicquid in cordibus hominum illuminationem aurora lucisque instar semper incrementa sua acceptientia operatur, ut fides accendatur, per quam justificantur, regenerantur & renovantur, id utique in rebus fidem excitandam vitamque dirigendam concernentibus clarissimum est & perspicuum. Atqui Verbum Domini. &c.* Ergò. Major clara est, quia quemadmodum quod auroram lucemque operatur, omnino in se debet esse clarissimum, ut sol, ita & illud quod hujus instar easdem, & longè eminentiores adhuc operationes habet. Minor in textu latet clarissime & eò fortius corroboratur ex *Esaia VIII. v. 20. & 2. Petr. I. v. 19.* item *Psalm. CXIX. v. 105. Sc.*

§. III.

Quæ notamus contra Pontificios, Enthusiasas & Wigelianos, contra quos vide Systemata nostra passim, *Spinosam*, (\*) & qui sunt hujus furfuris adversarii alii.

(\*) In *Tract. Theol. Politic.* Cap. I. & II. Vid. & *Exercit. Paradox.* Cap. III. §. 3. Cujus erroris etiam reus videtur fuisse recentissime in Belgio Frederic. van Leenhof, ut videre est ex *Articulis Satisfactoriis per Consistorium Zuollense Leenhofo* in causa sua prescriptis, Artic. II. Vid. *Pracelleniss. Dn. Gottlob Frid. Jenisch Hister, Spinozismi Leenhofiani p. 125. seqq.*

E

Pori-

## Porisma II.

*Verbum DEI & Sacra menta sunt media gratia ac salutis efficacissima.*

## §. I.

Sermo est (1) de Verbo DEI, quod olim à Prophetis & Apostolis immediato instinctu Spiritus Sancti est prædicatum, & nunc ex eodem immediato Spiritus Sancti instinctu & susflatu in literas est redactum, idque potissimum formaliter consideratum, de quo sententias Theologorum solidissimè explicatas & conciliatas vide apud Celeberr. Dn. M. Bücher. (\*) (2) De Sacramentis potissimum N. T. quæ in locum Sacmentorum V. T. nunc successerunt. (3) De efficaciâ non objectiva & morali, nec representativa aut significativa, sed verâ reali effectivâ & divina.

(\*) In Rathmanno Redivivo p. 6. seqq.

## §. II.

Efficaciam hancce probamus hoc argumento ex dicto nostro desumpto: *Q. per se corda hominum illuminat, ut ad DEUM convertantur, penitentiâque serâ actâ justificantur, gremium quoque Ecclesie facundissimum reddit, ut ex eo spiritualiter regeneremur & ad egregium ornatum spiritualiter renovemur, Ecclesiæque nunquam numerus filiorum DEI desit, illud omnino in se efficaciam habet maximè effectivam ac realem, cumque Spiritu Sancto eandem.* Atqui *Verbum & Sacra menta &c.* Ergo. Majorem nemo in dubium vocare potest. Effectus enim testatur de sua causâ. Minor apertissimè est in Textu. Idem & tot alia comprobant argumenta, quæ vide in Systematibus passim.

## §. III.

Notanda hæc sunt contra Pontificios, quosdam Calvinianos, Socinianos, Arminianos, Weigelianos, Quackeros, & Fanaticos quosvis, item Rathmannum, Movium & Novatores quosvis. Quibus & accedunt illi, qui sub pietatis prætextu Ecclesiam nostram turbant. Vid. Magnific. Dn. D. Schelguig. (a) Maximè Rever. Dn. M. Büher. (b) aliasque, item & Systemata nostra passim.

(a) In *Synops. Artic. III. Quæst. VI. VII. seqq.* (b) in Rathmanno Redivivo, p. 65. seqq.

Pori-

## Porisma III.

*Illuminatio sanctificationem & renovationem antecedit.*

## §. I.

Sermo est non de uberiori illuminationis augmento & sanctificationem ac renovationem subsequente, sed de illuminatione in se considerata, ut actus gratiae divinae, quo Spiritus Sanctus in negotio salutis humanae utitur.

## §. II.

Hunc ergo actum Spiritus Sancti præcedere sanctificationem & renovationem ita ex dicto præsenti nostro probamus: Quod gremium Ecclesia prius secundat, ut regenerationis & ornatus spiritualis seu sanctificationis & renovationis sequatur, illud omnino regeneratione & sanctificatione ac renovatione prius est & antecedit. Atque aurora spiritualis seu illuminatio &c. Ergo. Major est in aprico. Minor clarissima est in nostro dicto. Sive enim vertas ab utero sive ex utero aurore, negari tamen nequit, vi positus vocum & scopi textus sermonem esse de illuminatione ex verbo facta. Et quemadmodum nunchac ratione aurora & decora illa sanctitatis & rorem juventutis antecedit, ita & illuminatio regeneratione, renovatione & Ecclesiæ augmentatione prior est. Idem & confirmatur Job. I. v. 8. 9. 12. 13. 14. ubi expressè illuminatio præmittitur & regeneratione ac adoptio in filios DEI subsequitur, ita etiam sanctificationis & renovationis.

## §. III.

Notanda hæc sunt contra Theologos Platonicos & Myſticos, Rathmannum, Barclajum, aliosque, quos & sequuntur hodiè sub pietatis specie Novatirientes. Quemadmodum eos prolixè recenset & refutat Maximus Rev. Dn. M. Bücher. (a) Vide & contra eosdem Magnif. Dn. D. Schelguig. (b) & Magnif. Dn. D. Neumannum (c) aliosque, qui istiusmodi Novitatibus sese opposuerunt.

(a) In Rathmanno Redivivo p. 177. seqq. & p. 156. seqq. (b) in Synopsi Artic. XVIII. Quæst. VIII. seqq. (c) in Disput. de Illuminat. Quæst. IV. seqq.

## Porisma IV.

*Regeneratio consistit in nostri adoptione, quâ filii DEI consti-  
tuimur, & simul Spiritum Renovationis accipimus.*

## §. I.

Variè passim à Theologis sumi solet vocabulum Regenerationis. Videtur tamen ex iudicio Consummatissimi quondam Theologi Academæ hujus B. Dn. D. Justi Christophori Schomeri (a) planissimè omnium accipi posse pro nostri adoptione, quâ filii DEI constituimur & simul Spiritum renovationis accipimus. Regeneramur nempe, cum DEO nascimur filii, & propter hanc filiationem ad novitatem vitæ præparamur. Ita quodammodo & cum justificatione & sanctificatione coincidit, & ab utraque tamen tanquam intermedium beneficium distingui potest. B. Schomero præivit hac in Academia B. Dn. D. David Cbytraeu, (b) qui regenerationem ut intermedium DEI beneficium collocat inter *justificationem & renovationem*, eamque ita describit: *Rege-  
neratio est actio Spiritus S. quâ per verbum DEI viventis & baptismum ex  
filio ire & mortuū generat filium DEI & heredem vite æterne.* Moxque ad quæstionem: *quomodo fit regenerationis hominū?* ita respondet: *O-  
mnes homines carnali generatione nascuntur polluti peccato & filii ire ac  
æterna damnationis.* Ut igitur filii DEI, hoc est, DEO placentes & here-  
des vite æterna fiant, necesse est eos ex DEO renasci, seu per verbum & Spi-  
ritum S. regenerari. Regenerantur autem, cum in vera conversione pro-  
prie filium DEI remissionem peccatorum in Evangelio promissam fide accipi-  
unt & DEO reconciliati in locum filiorum & heredum regni cœlestis ado-  
ptantur & donantur Spiritu S. qui reliquias peccati nobiscum natu pauplatim  
expurgat & novam lucem & justitiam ac vitam in cordibus credentium ac-  
cedit.

(a) In Colleg. MSC. ad B. König. Theol. Positiv. ad Part. III. §. 447. Vid.  
Dn. Presidis Compend. Theol. Part. II. Cap. XIX. §. 2. (b) in Cateches. Loc.  
F. p. 111. seqq.

## §. II.

Ethæc omnia videntur etiam quâm optimè ex explicato dicto  
nostro deduci posse. Sic namque expressè mentio fit uteri, quo  
ipso ad nihil aliud, quam ad generationem aliquam spiritualē re-  
spici

spici poterit, quæ est regeneratio, mentio etiam fit filiorum, qui rursum sunt spirituales, iisque per adoptionem tales. Ergo ex hoc utero spirituali prodiere filii spirituales per adoptionem tales. Et per consequens regeneratio consistit in nostrâ adoptione: Ab ipso vero regenerationis tempore simul tamen splendide ornantur. En renovationis spiritum, quem regenerati simul acceperunt. Unde & regeneratio & renovatio conjunguntur Tit. III. v. 5. & regeneratio per adoptionem in filios describitur Job. I. v. 12. 13.

### Porisma V.

*Regenerationis non alia sunt media respectu DEI, quam verbum & Sacra menta: & respectu hominis fides.*

#### §. I.

Sic namque in dicto nostro fit mentio aurora, per quam gremium Ecclesiæ unicè fœcundatur. Atque hæc non est nisi ex verbo & Sacramentis, ex quibus etiam oritur fides Rom. X. v. 17. Et hæc unicè sunt regenerationis media Job. III. v. 5. Jacob. I. v. 18. 1. Petr. I. v. 23. Job. I. v. 12. Gal. III. v. 26. Et.

#### §. II.

Notanda hæc sunt contra omnes eos, qui adhuc spuria alia media hisce jam recensisit superaddunt, in primis contra eos, qui etiam redditum in semetipsum huc ut medium aliquod referunt. Quod faciunt Theologi Platonici & Fanatici. Ex quibus præ aliis vid. Abrab. von Franckenberg/ (\*) & istiusmodi alios.

(\*) In Noſee ſeipſum Part. III. p. 137.

### Porisma VI.

*Regeneramur virtute divinâ, eaque increata & infinitâ.*

#### §. I.

Sic namque aurora hæc, quæ gremium Ecclesiæ fœcundat, non est virtus quædam finita & creata, sed omnino potentia illa DEI, Rom. I. v. 16.

#### §. II.

Notanda sunt contra eos, qui virtutem hancce finitam & creatam vocant, contra quos vide Dn. D. Schelguig. (\*)

(\*) Loc. cit. Quæst. I. p. 157. seqq. Confer & Dn. Hanneken & Dn. Bücher, ibidem citatos.

## Porisma VII.

*Regeneratio essentialē aliquam mutationem formaliter non infert.*

### §. I.

Per essentialē mutationem intelligitur illa, per quam depravata hominis natura planè deponatur, occidatur ac aboleatur, & dehinc homo regenitus in DEI ipsius & Christi naturam abit seu Deificatur & Christificatur.

### §. II.

Talem essentialē mutationem hic non fieri probamus ex Textu nostro ita: *Quicunque ita regenerantur, ut siant filii DEI & Messie, & ab ipso Messia omnino realiter & in ipsa unione distincti, illi non abeunt in ipsum DEUM & Christum, neque adeo Deificantur vel Christificantur, neque essentialiter mutantur.* At qui fideles &c. Ergo. Major probatur: quia adoptio essentialē mutationē non infert. Minor clarissimē est in textu, in quo regenerati vocantur, non DEUS, nec Christus, sed notanter *filiī*, & cum distinctione: *juventus tua tibi.* Quemadmodum nunc ergo filius Patris non fit ipse Pater: ita & hoc loco, Neque aliter regeneratio vel in ullo alio loco Biblico describitur.

### §. III.

Notanda hæc sunt contra *Fanaticos* adeò absurdè Regenerationem passim describentes, quales sunt *Chrisf. Hohsburg/ (a)* von *Franckenberg/ (b) W. Schewen.* (c) Nec aliter describit regenerationem *Christianus Democritus*, (d) & qui sunt istiusmodi furfuris perquam alii.

(a) in *Poßibl. Mystic. Fest. Trinit.* p. 305. (b) loc. cit. p. 117. (c) im *Glauben und Erfahrungheit* p. 82. seqq. (d) in *Papism. Vapul.* p. 316. seqq. im *Glaubens-Befähnungs-Artic.* VII. p. 45. seqq. & im *Wegweiser zum verlohrnen Licht und Recht* Part. II. Cap. V. p. 103. seqq.

Porisma

## Porisma VIII.

*Uno saltem modo homo fit Filius DEI.*

§. I.

Unius saltem modi in dicto nostro fit mentio, qui est regenerationis eaque adoptioni tanquam alii adhuc modo nequam contradistincta. Nec plures alios contradistinctos modos novit Scriptura, quoties filiorum DEI meminit.

§. II.

Notanda hæc sunt contra eos, qui docent, quod duplīcimodo siamus filii DEI, nempe per adoptionem & per generationem. Quos notat Dn. D. Sebelguig. (a) Confer. & Dn. M. Bücher. (b)

(a) In *Synops. Art. XIX. Quæst. VI.* p. 166. (b) in *Lutheri Anti Pietista p. III.*

## Porisma IX.

*Subjectum Renovationis est homo quoad statum præteritum  
peccator, ratione status presentis justificatus  
Et regeneratus.*

§. I.

Sic namque in dicto nostro initio fit mentio uteri auroræ, ex quo regeneratio hominis fit, qui nunc simul jam justificatus est, & ab eo ipso tempore simul incipit ornatus ille, quo & sanctitas vita spectat.

§. II.

Notanda sunt contra omnes illos, qui actus gratiæ divinæ, legem quoque cum Evangelio passim confundunt.

## Porisma X.

*Renovationis causa instrumentalis ex parte DEI sunt verbum  
& Sacramenta, causa media ex parte hominis  
est fides.*

§. I.

Sic namque renovatio dicitur regenerationem sequi ex iisdem causis in dicto nostro.

§. II. No-

§. II.

Notanda sunt contra *Enibusiasas & Fanaticos* omnia media in actibus gratiae rejicientes.

## Porisma XI.

*Ecclesia est congregatio Sanctorum, in qua Evangelium recte docetur & recte administrantur Sacra menta.*

§. I.

Sic Ecclesiam describit *Augustana Confessio Artic. VII.* & loquitur de Ecclesia propriè & principaliter, & prouti invisibilis est. Quamvis non neget in externâ Ecclesiâ societate multos malos & hypocritas in hac vita mixtos esse Sanctis. Vid. *Artic. seq. VIII.*

§. II.

Proprie verò & principaliter Ecclesiam esse verè credentium & Sanctorum, probatur inter alia quoque ex explicato nostro dicto hoc argumento : *Quicunque cœtus principaliter continet homines ex utero aurora spirituali prodeentes decore sanctitatis ornatos, & nomine filiorum DEI ac Messia gaudentes, ille est principaliter & propriè verè credentium ac sanctorum. Atqui cœtus Ecclesia &c. Ergo Majorem nemo negare poterit. Minor clarissimis verbis habetur in textu. Qui verò ornatus cum sit invisibilis & internus, conf. & Psalm. XLV. v. 14. simul etiam eō ipso probatur distinctio illa Ecclesiæ in visibilem & in invisibilem.*

§. III.

Notanda hæc potissimum sunt contra *Pontificios sententiam A. C.* pessimè passim traducentes & distinctionem Ecclesiæ in visibilem & in invisibilem rejicientes.

## Porisma XII.

*Ecclesia deficere nequit.*

§. I.

Sermo est de Ecclesia catholica & invisibili, non de hæc vel illâ particulari.

§. II.

Ecclesiæ autem sic deficere non posse, clarissimum est ex dicto nostro, in quo mentio fit *veris Juventutis Messie*, adeoque numerus

numerus membrorum Ecclesiae nunquam deficiet, nec deficere poterit. Cum sponsus spiritualis non possit esse sine sponsa, nec pater spiritualis sine filiis. Ergo nec Ecclesia Catholica & invisibilis deficere potest.

## S. III.

Notanda sunt in primis contra Socinianos & Arminianos statuentes non necesse esse, ut Ecclesia semper duret, Ecclesiam Catholicam penitus perire ac deficere posse.

## SECTIO VI.

## Dictum explicatum vindicans.

## Quæstio I.

An dictum hocce vel ullo modo explicari potest de Abrahamo?

## S. I.

Judæos nonnullos in genere interpretationem totius hujus Psalmi de Abrahamo facere, jam *scilicet* I. vidimus, nunc specialius adhuc sententia ipsorum & de præsenti hocce dicto breviter pensitanda erit. Sic namque R. Salomo Ifacides (a) omnia hujus dicti verba ad Abrahamum, de quo interpretationem instituerat, applicat, quando nimirum hanc explicationem dat: כחרוי קרש

מִרְחָם מֵשֶׁה זֹאת הַהִיא לְךָ בְּכֹוֹת הַרוּתָה קְרוּשָׂה שָׁהוּ כְּךָ  
כְּבָטָן אָמַר שְׁחִירָר בְּרוֹאָן כְּנָלְשׁ שְׁנִים / מִרְחָם מֵשֶׁה וְנוּ  
מִשְׁנְבָלָה מִן הַרְחָם וְנוּ id est: In decoribus sancticatis ex utero au-  
rora: hoc est: hoc eveniet tibi merito decoris sancti, qui fuit in te à ventre  
matris tue, quippe noritiam creatoris hic habuit, cum tres annos natus esset.  
Ab utero auroræ, ex quo nimirum recidisti ex utero &c. Subsequentia au-  
tem verba ita explicat: לך טל ולוחוויה לך וחשב يولוחיך דרכיו,  
ושר שהתנהגה כהן בילוחויה והוא לך לנוטה כטל זה שהוא  
:id est: Tibi ros juventutis tua: h. e. tibi imputabatur pu-  
eritia tua; mores probi ac virtutes, quibus te affuevisse in pueritia tua, es-  
runt tibi recreationi, quomodo ros recreat suavisque est. Pari fermè  
modò & Auctor 78 Nizachon Veteris (b) explicat, quando ita:  
בְּהַדְרֵי קְרָשׁ: בְּגִבְرָה הַקְּבָחָה וְמי גַּרְתָּ לְךָ זה טל يولוחיך פָּרוּ  
זְכִית שְׁחוּרָתַנִּי מִרְחָם מֵשֶׁה מִשְׁרָחָרְלְוָטָר סְטוֹר לִיצְיָהָךְ סְנָהָבָטָן:

id est; in splendoribus sanctitatis, hoc est, roboRE DEI omnipotentis.  
 Quid autem hanc opem promeruit? Ros nativitatis tue. Sensus: Pietas,  
 qua me complexus es ex utero ab aurora, hoc est, mox postquam è venire  
 prodieras. Idem procul dubio intendit quoque *versio German. Jekutiel.*  
 quæ præterea etiam admodum corrupto idiomate integrum  
 hunc Psalmi versiculum ita reddit: Num die heilige Gierahf von dem  
 Malt ab/dass du aus der Tracht gefallen bist/ ist vor dir zum besten der  
 Thau deiner Jungheit. Ut aliorum Rabbiniorū ineptias nunc taceamus.

(a) In b. loc. in Bibliis Buxtorfi (b) in b. loc. prout scriptum hoc exhibet Dn.  
*Wagenstil in Tela ignis satanae*, p. 180.

## S. II.

Sed verò de *Abrahamo* hunc Psalmum explicari non posse  
 & sic neque etiam præsens dictum, jam satis probavimus *scit. I.*  
 Contra *Judeos* autem itidem urgenda hæc sunt (1) quia hæc in-  
 terpretatio tantum in cerebello recentiorum Rabbiniorum est na-  
 ta, dum ante Christum natum nemo Psalmum huncce aliter  
 quam de Christo explicavit, ut ex suprà dictis constat, atque sic  
 necessariò & præsens dictum de temporibus Messiae explicandum  
 erit. (2) Quia interpretatio hæc contrariatur scopo Psalmi & ante-  
 cedentibus, ut & consequentibus. Nam uti priora non sine in-  
 signi absurditate de *Abrahamo* explicari possunt, utpote qui nul-  
 lò modò potest dici sedere ad dextram DEI Patris, pariter & nec  
*Abrahamo* convenient, quæ de Sacerdotio in sequentibus haben-  
 tur; ita & præsentia non sine pari absurditate ad eundem appli-  
 cantur. (3) Quia in se absurdia omnia, nec modo loquendi Spir-  
 itus S. convenientia; sed contorta maximè. Quomodo namque u-  
 terus matris *Abrahami* commode poterit dici uterus auroræ;  
 Quomodo quis Sanctus prodit ex utero matris suæ, qui est nu-  
 dus saltem homo? contrarium asserit David *Psalm. LI. v. 7.* & Mo-  
 ses *Gen. VIII. v. 21.* sic & ros juventutis planè absurdè & contra o-  
 mnem modū loquendi explicatur de imputatione quadam. Pariter  
 & omni fundamento destituuntur, quæ de *Abrahami* notitia de DEO,  
 quam ut puer trium annorum habuerit, dicuntur & nituntur o-  
 mnibus reliquis illis fabulis, quæ passim de *Abrahamo* singuntur à  
*Rabbiniis*. (4) Quia & quamplurimis aliis *Rabbiniis* ipsis interpretatio  
 hæcce quam maximè displicet. Cum alii aliter explicit, &  
 qui aliter quam de Messia interpretantur, mirum in modum in-  
 fer se dissentient, ut itidem ex superioribus in *scit. I.* adductis id  
 constat,

Quæ-

## Quæstio II.

Annon tamen dictum hocce ad Davidem applicari potest?

## §. I.

Sic iterum alii ex Rabbini interpretantur. Nonnulli enim apud R. Aben Esram explicarunt ita, ut ipse exprimit his verbis: (a) ואחריו אמרו מהטיקם שהל השגור לך מנה לילוותיך ופירוה טל כתו וטל ארץ הנורל ורבי ישועה אמר כי מוחם הטעם אמר הווצרכן לעשורה מלחתך עמר יכוא אליך בום נכס נוכחות ותראמ בחרוי קוש מוחם טשר פערת עלות השגור יכוא טל שהרגלה לראות בילוותיך כאשר הירח רועה בעז: id est: sensus hic est: cum bellum debes gerere, venient ad te populus tuus die illo instar imbris spontanei, & videbit eos in decoribus sanctitatem, ab utero aurora, id est, cum surgente aurora veniet (populus ille) sicut ros, quem videre solebas in adolescentia tua, cum adhuc pastor gregis es. R. Moses (b) de vigore Davidis & uertate succi, vel succositate corporis ejus in senecta adhuc viridi ac vegeto rori comparata. R. David Kimchi (c) de Davide explicans inter alia hac habet: De utero prodigiis ad regnum & ros benedictionis fuit tibi ipso illo diluculo.

(a) In hunc loc. in Bibliis Buxtorf. (b) apud B. Calov, in Bibl. Illustrat. V. 7. Tom. I. p. 1093. (c) in Commentar. in hunc locum.

## §. II.

Verum enim vero rectissimè judicavit de his interpretationibus Arnoldus Bootius: (\*) Ha expositiones adeò coacta sunt, verbisque Ebraicis tam malè congruentes imò fatua adeò atque insulse, ut nullò modo mereantur, quarum mentio fiat; Nisiue appareret ad quām insubidas ac ridiculas glossas commentaque Doctores perfida nationū sapè devolventur; ubi illustrissima de Christo Servatore nostro testimonio conantur cludere, ne-

que clarissima veritati oculos aperire, aus manus dare volunt. Nam (1) ex iisdem argumentis, quibus probavimus, de Abrabamo hic non esse sermonem, etiam probamus nec de Davide posse explicari, cui itidem non convenient, quæ in Psalmo hoc occurunt, cum non possit dici David sedere ad dextram DEI, nec Sacerdos in eternum &c. Quibus accedit (2) quod expressè David se in hoc Psalmo distinguat ab eo, de quo in toto hoc Psalmo loquitur: *Dixit Dominus Dominu meo &c.* Et (3) omnia verba admodum violenter contorquentur, uti ad oculum est.

(\*) In *Animadversione*, Sacr. ad text. Hebr. V. T. Libr. II. Cap. X.

### Quæstio III.

*An hoc dictum agat de miserationibus Domini, earumque effectu?*

s. I.

Sic explicat versio Chaldaica, quæ; quemadmodum in Bibliis Buxtorfii reperitur, fontem Hebraeum ita transtulit: *הַתִּהְנֹן בְּשֶׁבָחוֹרִ קָרוֹשָׁ אֲרָחָנִ וְאֶלְאָ יְסַתְּרֵה בָּנֵן לְהַזְקִין נְחַתְּרָה*: *עַמְהָן* *מִלְאָ יְהֻכּוֹן לְרוֹחָצָן תּוֹלְרָה:* Quæ verba Clarius (4) ita vertit: *Adjuvabis eos splendoribus sancte misericordia DEI: præfio erunt tibi ranguam descendens ros, sedebunt confidenter nati tui.*

(\*) In hunc locum. Vid. Criticor. Sacrer. Tom. II. p. 1535.

s. II.

Sed vero interpretationem & versionem hancce non posse locum habere, probatur (1) quia contrariatur aperto ipsi fonti, à cuius litera penitus recedit, & ejusmodi inserit, quæ in fonte non habentur, neque etiam in commoda quadam paraphrasi locum habent. (2) Quia nimis sunt generalia, quæ in versione hac occurunt, cum tamen fons de specialioribus in diebus Messiae convenientibus agat. (3) Et adversatur scopo totius Psalmi. Sic namque Chaldaeus, ut ex antecedentibus nonnulli colligunt, loquitur de populo Davidis Regis. Cum tamen de Messia ejusque populo spirituali hic sermo sit, ut jam suprà probavimus. Vid. B. Glasius. (\*)

[\*] In *Christi David. Disput.* Ill. Thes. IV. p. 114.

Quæ-

## Quæstio IV.

An in hoc dicto agatur de Generatione Filii DEI eternâ?

S. I.

Communis fermè hæc Patrum fuit sententia, agi in hoc dicto de *eterna filii DEI generatione*, & propterea quoque passim contra Arianos locum huncce adducunt. Sic namque Clemens Rom. (a) ubi de generatione filii DEI agit, inter alia quoque ita: *Suf-  
ficit nôste quia lux genuit splendorē; sicut ait Propheta: in splendoribus  
sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.* Tertullianus (b) ita: *Uni-  
genitus, ut solus ex DEO genitus, propriè de vulva cordū ipsius, secundum  
quod Et Pater ipse testatur;* *Erectavit cor meum sermonem optimum.* Ad quem deinceps gaudens proinde gaudenti in persona illius: *Filius meus es  
tu, ego hodiè genui Te, & ante luciferum genui te.* Et Epiphanius (c) pro-  
lixius in hunc locum commentatur ita: *Filium suum demonstrat à  
se reverà esse genitum, DELIM ex DEO, DELIM verum de DEO vero, non  
extrinsecus ascitum, sed ex ipsis substantia progressum.* Sic igitur apud  
Davidem pronunciat: *ex utero ante luciferum genuisse, uti Septuaginta in-  
terpretantur.* Ex alia autem Editoribus Aquila ita reddit: *ab utero di-  
luculo excitato tibi ros pueritia tua.* Symmachus porrò: *Velut diluculo roris  
juventus tua.* Theodorio vero: *ex utero à maturing tempore juventutis  
tua.* Atque quinta editio: *ex utero ab diluculo tibi ros in juventute tua.* Sexta porrò editio: *ex utero quarent te ros juventutis tua.* Postremò in  
Ebraeo: Merem Massaor lataal jeledecheth. Quod manifestè ac circa ullam  
ambiguitatem idipsum significat: *ex utero ante luciferum genui te.* Vox enim  
illa Merem idem est atque è ventre. Massaor vero diluculo pra. omnibus,  
hoc est, ante luciferum: lataal id est atque ante rorem puerum: jelede-  
cheth denique idem esse ac genui te. Ille ex eo sermone cognoscas, DELIM  
verbum hypothapi propriā preditum à Patre esse genitum nullo neque initio,  
neque tempore priusquam aliquid aliud existere. E. Eandem versio-  
nein: *ante luciferum genui te, etiam Cacil.* Cyprianus retinet. (d) Sic  
& D. Athanasius de verbo Patris agens & locum huncce citat, (e)  
quando ita: *Rem certè ita se habere ex scripturis liquet, cum pater ita per  
Davidem loquatur: eructavit cor meum verbum bonum &; ex utero ante lu-  
ciferum genui te.* Et alibi ita: (f) *Jam dilectus ille quis fuerit, nisi filius  
unigenitus, ut in Psalmō centesimo decimo patet: Ex utero, inquiens, ante luci-  
ferum genui te.* D. Cyrilus Alexandrin. (g) hæc habet: *divine gene-*

rationis modus omni mente superior existinatur. Porro audiendus est manifestè clamans DEUS ac Pater ad verbum, quod ex ipso secundum naturam natum est: Ex utero ante luciferum genui te, D: Ambrosius (h) ita: De eadem sapientia, hoc est, de Domino IESU alibi Pater dicit: Ex utero ante luciferum genui te. Quod utique idèo dixit, non ut corporalem alium declararet, sed ut proprietatem vera generationis ostenderet. Eodem modo & prolixius hoc dictum explicat D: Hilarius, (i) quando inter alia ita: Et haec de illo preclara vox Patria est: ex utero ante luciferum genui te. Non prejudicatur autem DEO, ut sepè jam diximus per infirmitatem nostra intelligentia, ut per id, quod ex utero genuisse se dixit ex partibus internis externisque per membra coeuntibus, tanguam corporalium causarum originibus consistat &c. Eusebius Pamphilus (k) ita: Ceterum secundum ea, qua prius à nobis excogitata sunt, etiam hoc oportet assumere, quod quemadmodum quidem ubi de utero DEL & ante luciferum genito dicitur, figuratè nos talia intelligere oportet &c. Basilius M. (l) ita: Unus DEUS & Pater, ex quo sunt omnia vel per generationem secundum illud: Ego à Patre exivi. Et: ex utero ante luciferum genui te: non quoniam uterum DEUS habeat, verum quoniam propria sue & non nostra genitura ex utero parentum nascuntur uterum scipsum ad gerandum babere DEUS dixit &c. Prius hujus dicti comma ad generationem filii DEL quoque traxit Gregorius Nazianenus. (m) D. Chrysostomus (n) hunc locum ita interpretatur: Quid est ergo quod dicitur? Veram & germanam hic ostendit generationem. Quid ergo? Est solum ante luciferum? Nequaquam. Nam dicit etiam alibi: ante lunam thronus ejus? Et non ante lunam, nam de Patre quoque dicit: Antequam monates fuerint & firmaretur terra & orbis terrarum, à seculo & in seculo tu es. Non à seculo solum, sed etiam ante seculum. Moxque addit: Utteri memini, ut veram esse & germanam natiuitatem ostendat. D. Hieronymus Stridonensis (o) ita commentatur: Ipse DEUS Pater, qui non assumpst hominem, loquitur quasi homo: Ex utero ante luciferum genuite. Ex utero, de mea substantia. Et mox: Hic vero de utero generavit: de sua natura, de suu visceribus, de sua substantia. Ex utero, hoc est, de medullis divinitatis sue. Totum quicquid Pater est in divinitate, dedit Filio, quem generavit. Ex utero ante luciferum genui te. Ante luciferum hoc schema græc dicuntur Synecdoche, quando dicunt Grammatici à parte iorum. Quando ergo dicitur ante luciferum, unam creaturam nominat & omnes indicat creature, &c. Et Hieronymus Gracius (p) inter alia quoque

que ita: Non possum non confiteri, DEUM habere filium, cum praesertim S. Scriptura dilucidè sub persona DEI & Patris ad filium dicat: ex utero ante luciferum genui te Sc. Et D. Augustinus (q) ex hoc loco generationem Filii DEI probat, quando ita: Secundum formam DEI dictum est ante omnes colles genuit me, i. e. ante omnes altitudines creaturarum & ante luciferum genui te, i. e. ante omnia tempora & temporalia Sc. Et Fulgentius (r) ita: Multum fallitur, qui hujus scripture locum divina nativitati non credit convenire. Et mox: Nomen uteri translato vocabulo dictum est, quo ipsa divina significaretur natura. Et porro: Sic ergo & hic se dixit ex utero filium genuisse, ut quem audimus ex utero genuum, a natura patria nullus assinet alienum. Quod autem ante luciferum dixit, ostendit filii nativitatem perpetuam initio temporali non esse subjectam Sc. Et quæ sunt istiusmodi quamplurima Patrum loca alia, quæ & collegerunt Lorinus (s) Dion. Petavius (t) aliquie. Patrum horum sententiam deinde amplexi sunt & alii quoque quamplurimi, ut Hugo Cardinalis, (u) Robert. Bellarminus, (x) Petr. Dan. Huetius (y) & alii ex Pontificiis. Ex Nostratis pro hac sententia quoque stant B. Dn. D. Jacob. Martini, (z) B. Dn. Andr. Prückner, (aa) & B. Dn. D. Salomo Gelferus. (bb) Et Andreas Osiander (cc) de divina generatione explicat, sed ita, ut conceptionem quoque ex Maria Virgine simul asterat, quemadmodum & Didas, Ruiz de Montoya (dd) & Thomas le Blanc (ee) docuerunt. Ut quamplurimos alias nunc taceamus. Lorinus (ff) hic quoque addit Mercurium Trismegistum, qui scribat: ὃ θεὸς ἀρχονθῆλε τὸν ἀπεκτίνον τὸν λόγον ἥσκειν & adducit Augustinus Steuchus Eugubinus. (gg) De generatione filii DEI æternā interpretatur quoque dictum nostrum D. Job. Steph. Rittangelo. (hh) Interpretes autem hi secuti fuere Versionem LXX. Interpretationem qui ita: ἐν ταῖς λαμπεῖταις τῶν ἀγίων σὺ. Εὐταξεῖται δέ εἰσι φόροι σύντησις σε. Item Vulgatam quæ ita: in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te. Idem & Syriaca Versio intendit, quæ ita: בְּחִירֵי קֹרֶשָׁא מִן מְרֻכָּא צְוָן קְרִים לְלַתָּא וְלַרְחָק. i. e. cum decoribus sanctitatis ex utero ab antiquo te filium genui. Ejusdem tenoris quoq; est Versio Arabica: فِي نُورِ الْكَلْمَنْتِ مِنْ الْمَطَانِ كَوْكَبِ الْمَجْمَعِ وَلَدْقَنْ

ex utero ante bellam matutinam genus te. Ita & Æthiopica trans tulit. Prout ha Versiones occurruunt in Bibliis Polyglotta Anglicana Walonis (ii) quæ tamen Versiones, ut ad oculum est, LXX. viralem Versionem sunt fecit.

(a) Vel

- (a) Vel qui alias auctor est *Compendioli de fide & ordine Christianorum*, quod habetur in *Eraditio simul & Christianis aliquor Epistolis veterum Pontificum*, p. 26. (b) *adversus Praxeam*, p. 382. (c) *Heres. 65*. Tom. I. Opp. p. 610. *Conf. & Heres. 69*, p. 733. [d] *Libr. I. adv. Judaeos* p. 26. *Edit. Oxon. & Epist. 63*, p. 149. [e] *de Syn. Nic. contr. heres, Arian. Deir.* Tom. I. Opp. p. 270. (f) *Contr. Ariaz. Orat. V.* Tom. I. Opp. p. 538. (g) *Dialog. de Trinitate*. *Libr. II.* Tom. II. Opp. p. 243. [h] *de fide Libr. IV. Cap. IV.* Tom. II. Opp. p. 84. (i) *de Trinitate*. *Libr. XII.* p. 183. seqq. (k) *in Demonstrat. Evangel.* *Libr. IV. n. XV.* p. 197. [l] *Libr. V. contra Eunomian.* Tom. I. Opp. p. 179. seq. (m) *Orat. LIII.* p. 173. [n] *in Exposito, in hunc Psalm. Opuscul.* Tom. III. p. 290. seqq. (o) *in hunc Psalm. Tom. VIII.* Opp. p. 165. seqq. (p) *in Dialog. de Trinitate ex Bibliotheca Lindenbragii & Versione Latin.* *Feder. Morelli. Lutet. Ann. 1612.* *edit. p. 5. 6. Conf. & p. 3. in Versione Latin.* (q) *Libr. I. de Trinitate. Cap. XII.* Tom. III. Opp. p. 253. Idem & alibi sepius docet. (r) *in Respons. contr. Arianois* in Opp. p. 33. col. b. seqq. (s) *in hunc loc.* [r] *de Trinitate. Libr. V. Cap. VII. num. V.* *Conf. & B. Dorschium in Anti-Cornao* p. 188. seqq. (u) *in hunc Psalmum Part. 2. Biblio.* (x) *in Expositione Psalteris* p. 652. Quomodo autem Cardinalis hicce ne quidem legere potuerit fontem prolixius ostendit B. noster Dn. D. Joh. Tarnov. in *Exercitatio Biblic.* p. 121. seq. (y) *in Demonstrat. Evangel. Propos. VII.* p. 590. seq. (z) *de tribus Elohim* *Libr. I. Cap. 33.* p. 381. seq. (aa) *in Commentar. Philolog. Theol.* in *V. & N.T.* in *b. I. Part. II.* p. 364. (bb) *in Comment. in Psalm.* p. 744. [cc] *in Biblio Sacris in b. loc.* (dd) *de Trinitate Diff. IV. scilicet I. num. V.* & seqq. ap. B. Dorsch. loc. cit. p. 194. (ee) *in Psalmorum David. Analyse.* in *b. I. Tom. V.* p. 1029. seqq. [ff] loc. cit. [gg] *de perenni Philosoph.* *Libr. I. Cap. XXIII.* (hh) *de veritate Religionis Christi part. I.* qua de SS. Trinitate & de Christo agit p. 97. (ii) *Tom. III.* p. 266. seqq.

## §. II.

Nos presupponimus, sermonem esse non de verbis Textus extra connexionem accommodatis, nec de piis & analogiae fidei non adversis meditationibus, quas & hic admitti posse cum B. Dn. Dorsch. (\*) facilè admittimus; sed agi de ipso sensu Spiritus S. immediate & formaliter ab ipso Spiritu S. intento, verbisque intra Textum consideratis. Atque sic dicimus: *In hoc loco hac vice non agi de generatione Filii DEI aeterna.* Prob. (1) quia quocunque dictum agit de regeneratione hominum spirituali, id non potest agere de generatione Filii DEI aeterna. Nam unius dicti unicus saltus est sensus. Quod autem in dicto nostro agatur de regeneratione hominum spirituali, ex jam supra dictis constat, & quia nulla interpretatio commodius locum habere potest. (2) Quia haec ipsa interpretatio

pretatio non convenit cum *scopo præsentis Psalmi generati*. Sic namque hâc vice David non est sollicitus primariò de orgine diuinâ Messiae agere; sed potius de ipsius *statu*, & inprimis *exaltationis*. (3) quia adhuc eò minus convenit cum *scopo præsentis versiculi speciali*, in quo, uti ad oculum est, sermo est de *populo Messiae* ejusque conditione futura tempore N.T. Ab illo verò nunc imme-diatè in uno eodemque versiculo transilire *Spiritum S. ad Generatio-nem Filii DEI eternam*, non facile præsumendum est, quia hic planè nulla ostendi potest connexio, in primis cum melior haberi pos-sit. Sic namque de tali Nativitate hic sermo est, quæ fiet (a) Christo jam ad dextram DEI Patris sedente. (b) emissâ jam vir-gâ fortitudinis ex Sion, Evangelio in orbem universum exeunte, Christoque dominante. (c) quæ fiet confluente jam populâ devotissimo ad regnum Christi, eum Victorem agnoscendo & sanctitatis decoribus se Christo præsentando. (d) quam sub se ille Sacerdos in æternum continuabit usque ad finem seculi &c. Quæ omnia hōc loco non convenient cum nativitate Christi æterna; benè verò cum nativitate spirituali fidelium. (4) quia nec cum ipsis vocibus quoad literam expositis satis benè hæc ipsa interpretatio convenit. Sic namque *ros Juventutis* minus com-modè videtur dici de Filio DEI æterno Patrique ὄμορφῳ ac unigenito, quemadmodum & *uerus aurorae* cum à generante, ut in hoc loco contradistinguitur, minus rectè de *substantia* vel *essentia Patri generantis* dicitur. (5) quia תְּלִי in dicto nostro satis indicat, Messiae hanc esse Juventutem, adeoque vi vocis in litera explicata, à qua non facile recedendum, Messias sic potius ut *Pater* & ut *generans* describitur, & non ut *filius*, vel ut *ge-neneratur*. (6) quia etiam interpretatio hæc est contra accentua-tionem, per quam illud: שָׁרֵךְ מְרֹחֶךְ magis cohæret cum antecedentibus: בַּהֲרֵךְ קָרֶךְ quām cum subsequentiibus: לְיָדְךְ טָל de quibus plurā infra. (7) quia hæc interpretatio primū non ex fontibus, sed ex *corruptionis* vel minus accuratis versionibus fluxit. (8) quia adversariis istiusmodi explicatione ansa ludendi saltēm præ-betur.

(\*) In Anti-Corneo p. 198, &amp; 201. seqq.

## §. III.

Objicitur (I) auctoritas Patrum eorumque tam constans consensus. Resp. (1) auctoritatem Patrum quamvis quidem decenti modo veneremur; non tamen pro normâ interpretandi Scripturam S. accipimus. (2) Multò minus Patrum sententias & interpretationes Scripturæ accipere possumus fontibus non convenientes, minusque accuratis versionibus saltem nixas. Hinc merito repetimus hic judicium *Megalandri nostri Lutheri*, (a) qui ita: *Ta / sprichstu: es sind viel Väter seelig worden / haben auch gelehret ohne Sprachen. Das ist wahr. Wo rechnestu aber auch das hin / daß sie oft in der Schrift gefehlet haben? Wie oft fehlet S. Augustinus im Psalter und andern Auslegungen / sowohl Hilarius, ja auch alle / die ohne die Sprachen sich die Schrift haben unterwunden auszulegen? Und ob sie gleich etwa recht geredet haben / sind sie doch der Sachen nicht gewiß gewesen / ob dasselbe recht an dem Ort stehe da sie es hindeuten? Als daß ich des ein Exempel zeige. Recht ist geredt / daß Christus Gottes Sohn ist. Aber wie spöttisch lauet es in den Ohren der Widersacher / da sie des Grund führeten aus dem 110. Psalm: Tecum principum in die virtutis tuæ, so doch daselbst in der Ebräischen Sprache nichts von der Gotttheit geschrieben steht etc.* Conf. hic quoque B. Dn. D. Job. Tarnov. (b) & B. Dn. D. Dorsch. (c) Objic. (II) Auctoritas Versionis LXX. Interpretum & Vulgatae. Resp. (1) quod Versionem LXX. Interpretum concernit, si vel maximè genuina esset, in hoc loco; nihilominus tamen falsissima foret, fontique tota contraria, ut & *Masora*, cum partim omittat, quæ in fonte habentur, nimirum שׁוֹר partim addat ea, quæ in fonte non habentur, nempe de *lucifero*: partim fontem planè immutet, dum pro Nomine יְהוָה substituat verbum: *genui te*. Atque sic immerito hic sit provocatio ad versionem quam maximè vitiosam in hoc loco. (2) Idem etiam dicimus de *Vulgata*, cuius auctoritas ad naufragium ferme usque à Nostratibus est dejecta. Objic. (III) Nomen יְהוָה significare propriam cujusque pueritiam, juventutem & nativitatem, atque sic b. loc. nativitatem Filii DEI aeternam. Non verò significare progeniem, sibolem & liberos, & sic nec filios Messie posse intelligi. Resp. (1) Argumentum hoc planè nihil probat. Si enim nomen hoc, uti conceditur, nativitatem significat, quid obstat,

obstat, quo minus nativitatem spiritualem filiorum Messiae, id est, regenerationem possit innuere? in primis cum significatum hunc contextus praे aliis significatibus urgeat? (2) Abstractum in Scriptura s̄epius sumi pro concreto jam suprā notavimus. Quo observato nulla hic difficultas remanet. Objec. (IV) Pronomen secundæ Personæ **Tibi** & **Nativitas tua** manifestè arguere, sermonem hic esse *de filii DEI Nativitate*. Cum in toto Psalmo DEUS Pater alloquatur filium, ut & in præsenti versu hic sit sensus: *dixit Dominus Domino meo, ex utero aurora sive lucis est tibi ros Nativitatis tuæ*. Resp. (1) DEUM Patrem in toto hoc Psalmo ad filium suum loqui admodum coacte demonstrabitur. Contrarium videtur constare ex vers. 4. & 5. Unde majori cum fundamento concludit B. Seb. Schmidt, (d) Davidem in hoc Psalmo duo distincta habere alloquia, initio non tantum prophetae de Christo, sed etiam eum alloqui vers. 2. 3. 4. sed vers. 5. orationem converti ad DEUM Patrem à Davide. Quibus præsuppositis interpretatio eò fluidior fit. (2) Posito etiam, DEUM Patrem hoc loco filium suum alloqui, nec sic quidem interpretatio commodè fuit propter connexionem, uti jam suprā monuimus. (3) Ex pronomine secundo potius contrarium sequitur, ut itidem jam suprā monuimus. Vide contra hanc sententiam Rivetum, (e) Sixtinum Amamam, (f) & ex Notis suis B. Dn. D. Mart. Lutherum, (g) Philipp. Melanchthon, (h) B. Job. Gerhard. (i) B. Dn. D. Job. Quistorp, Seniorem, (k) B. Dn. Joh. Tarnov. (l) B. Dn. D. Dorsch. (m) B. Dn. D. August. Waren. (n) B. Wasmuth. (o) Hackmann. (p) B. Dn. D. August. Pfeiffer. (q) B. Seb. Schmidt. (r) B. Geier. (s) Dn. Misantr. (t) & Dn. Seburzleisch. (u) Thom. Gataker, (x) Henr. Möller. Hamburg. (y) Job. Marck, (z) & Auctorem Bibliæ Veritatis Rittangelio opp. (aa) Ut quamplurimos alios nunc taceamus.

(a) In scripto an die Rathsherrn in Deutschland/ daß sie Christliche Schriften aussrichten. Tav. II. Altenb. p. 809. (b) in Exercitatu. Biblic. p. 125. seqq. (c) in Anti-Cornac. p. 194. seqq. (d) in Resolut. Psalmor. Prophetior. de Christo p. 532. [e] in b. loc. Volum. II. Opp. p. 308. (f) in Anti-Barbar. Biblio. p. 148. seqq. (g) loc. cit. (h) in b. loc. Tom. II. Opp. p. 723. (i) loc. de DEO Pare & Filio §. 154. Tom. I. Locor. p. 157. (k) in annotat. Biblio. in V. T. p. 435. (l) loc. cit. (m) loc. cit. (n) in Triumphi. Davidis in b. loc. (o) in Vindictis Hebr. Part. II. Loc. VII. §. 2. in fine. (p) in Not. Philol. Theolog. Part. II. p. 332. (q) in Dispp. Syllog. p. 369. seqq. item in Miscellan. Sacra. Lib. I. Cap. VIII.

VIII. §. 6. p. 131. seqq. (g) in Dub. Vetus. in b. loc. p. 625. (r) loc. cit. p. 538,  
 (s) in Commentar. in Psalm. p. 2068. seqq. (t) in Delicis Biblicis V. T. Ann. 1699.  
 p. 911. (u) in Diff. Philologem. Miscell. Ann. 1664. hab. §. 4. [x] in Cinno f. adi  
 versar. Miscellan. Libr. I. Cap. V. p. 203. Opp. Critic. (y) in Praelect. in Psalmos  
 in h. l. p. 1045. seq. (z) in Exegetic. Exercit. p. 283. (aa) in Append. p. 322. seqq.

## Quæstio V.

An de Nativitate Christi temporali in hoc dicto agatur?

### S. I.

Et de Nativitate Christi temporali nonnulli, & quidem vario  
 passim modo dictum præsens nostrum interpretati fuerunt. Ini-  
 tio huc spectant nonnulli ex Iudeis, qui verba de Nativitate Me-  
 fia temporali explicarunt. Quorum explicationem tradit Talmud  
 Hierosolymit. (a) petendam esse ex eo, quod scriptum est Mitzv. V.  
 מה טעם לך טל יולדותך מה טעם כטול מאתה ה כוכבים נ. 6.  
 עלי עשב אשר לא יקוח לאיש ולא יוחל לבני אדם וגנו כטול מאתה  
 יה' שאין בא לרעלת ע' אמר: id est sensus Psalm. 110.  
 נ. 3. Tibi ros-nativitatis tua? Qualis est sensus Micha Cap. V. v. 6.  
 Quasi ros à Domino, & quasi stella super herbam, que non expectant vi-  
 rum, & non præsolantur filios hominum. Quasi ros à Domino, ait R. Sal-  
 amo Jarchi, qui nungquam per hominem demittitur. Et Rabbi Salomo ex ver-  
 bis R. Moses Hadarsan (b) ita: מברורי רבי משה הדרשן למתריה גונאך  
 אשר אקייס פיכס אין לו אב שני הנה איש עצה שמו ומתחתו  
 יצמח וכו; והוא אומר וועל בוןך לפני וכשידרש הארץ ציה ועלו דוד  
 אומר מוחס משחר לך יולדותך ועלו הכהוב אומר אני הוועט  
 : Id ex verbis R. Moses Hadarsan didici. Ait ille in vers. 22.  
 Cap. 37. Genes. Redemptor, quem suscitabo e' nobis, non habebit patrem jux-  
 ta illud Zacharias, b. v. 12. Ecce vir german nomen ejus & subter se germinabit.  
 Similiter Esaias 53. Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut  
 radix de terra sicut ei. Sic etiam de eo David Psalm. 110. v. 3. Ex utero  
 (tanquam) ex aurora tibi ros-nativitas tua. Denique de eo Scriptura di-  
 cit Psalm. 2. v. 7. Ego hodie genui te. Ex Patribus Christianis Justinus  
 Martyr (c) in hunc locum ita: Et que à Davide sunt promulgata: in splen-  
 doribus

doribus sanctorum tuorum. Ex utero ante luciferum genui te, Iuravit Dominus & non paenitebit eum: Tu es Sacerdos in eternum secundum ordinem Melibedech: annon significant nobis, quod sanctus & ex utero humano DEUS & parens rerum cunctarum editurus eum fuerit &c. Ad hoc dictum quoque procul dubio respexit Tercullianus, quando (d) ita: Nos edimus Evangelia, de quorum fide aliquid utique jam in tanto opere istos confirmasse debemus nocturnâ nativitate declarantia Dominum ut hoc sit ante luciferum. Et mox pergit: Nam etsi de toto populo ait filios generavi, sed non adjectit ex utero. Cur autem adjectit ex utero tam vane, quasi aliqui hominum ex utero natus dubitaretur, nisi quia curiosus voluit intelligi in Christum, ex utero generavite, id est, ex solo utero sine viri semine, carni depurans, ex utero spiritus quod & ipsib[us] accedit, Tu es Sacerdos in avum &c. Et uti de generatione aeterna, sic quoque de Nativitate Christi temporali ex utero Mariae ante ortum luciferi noctu factam explicat D. Augustinus. (e) Sic & Prosperum, Victorem Uicensem, Isidorum, aliasque pro hac sententia adductos vide ap. B. Dn. D. Dorsch. (f) Eandem sententiam quoque fovent Nicol. Lyra (g) Jacob. Faber Stapulens. (h) Petr. Galatinus (I) Jos. Voisin, (k) Ludovic. ab Alcasar Hispanus. (l) Item & inclinat in has partes Philippus Melanchthon, (m) quamvis nec Lutheri sententiam rejicere velit, ut supra jam monimus. Sic & B. Dn. D. Meissner (n) auroram de Maria, & rorem de Christo ex Maria nato explicat. Osander (o) quomodo quoque conceptionem & incarnationem Christi hic velit intellectam jam supra monimus. Speciatim Seb. Münsterus (p) explicat de nativitate Christi consecratâ benedictione divinâ ante mundi constitutionem. Vatablus (q) de humana Christi natura explicat, quatenus à principio nativitatis sua plenitudine gratarum à DEO Patre donata fuit. Eodem recidit judice B. Pfeiffero, (r) explicatio Arnoldi Bootii, (s) Idem quoque ultimatò intendere videtur Ludov. ab Alcasar. (t) De Missia ortu ex utero iux enili Virginis castissime Altissimus (u) & Joh. Jacob. Cramer (x) quoque explicant, ut alios nunc taceamus, quos Potius (y) recenset.

(a) Tr. Berachoth. Cap. V. Vid. Jos. de Voisin Observat. ad Raymund. Pagion. Ed. p. 154. (b) in Gen. XXXV. v. 8. apud Jos. Voisin loc. cit. p. 155. Conf. & ipsum Raymund. Part. III. Dist. III. Cap. VIII. n. V. p. 759. (c) in Dialog. cum Tryph. in Opp. p. 286. (d) Libri. VI. contra Marcion. p. 314. Edit. Rheanan. de Ann. 1521. (e) in Enarrat. in hunc Psalm. Tom. VIII. Opp. p. 1285. & Libr.

¶ Libr. III, contr. Maximin. Cap. XVIII, Tom. VI. Opp. p. 745. seq. (f) in Anti-Corneo p. 192. seq. [g] in Postill. in h. loc. (h) in Commentar. ad quincuplam Psalterior. edit. p. 166. col. b. (i) in Arcan. Catholic. Verie. Libr. III, Cap. XVII, (k) loc. cit. p. 154. (l) in eas V. T. partes, quas respicit Apocalypsis in h. loc. p. 102. (m) in h. loc. Tom. II. Opp. p. 723. (n) ad Hosæ Cap. XIV. (o) in h. loc. (p) in hunc loc. Criticor. Sacror. Tom. II. p. 1533. (q) in hunc loc. Criticor. Sacror. Tom. II. p. 1534. (r) in Dubia Pexatis in h. loc. p. 625. [s] Libr. II. Animadvers. Cap. VIII. (t) loc. cit. (u) Heptad. III. Differ. II. (x) in Theolog. Israel. non ita pridem est Part. prior. Part. II. Cap. IV. n. 10. p. 254. seqq. (y) in Synops. Critic. in h. loc.

## §. II.

Sed verò ex iisdem argumentis potioribus, quibus jam in enucleatione præcedentis Quæstionis usi fuimus, quoque hic probamus, nec illam interpretationem de Nativitate Christi temporali locum commodè posse habere. Quibus adde adhuc (i) quia nullo idoneo argumento hæc ipsa interpretatio fundatur. (2) Quia hic nulla cum antecedentibus connexio: Christus jam positus in statu Exaltationis ad dextram in sceptro Majestatis in die triumphi non erat revocandus ad statum uterini. (3) Et hic quam maximè repugnat accentuatio, per quam nativitas hæc ex utero aurore; quemadmodum quidem secus sentientes volunt, locum habere nequit, ut & in præcedenti quæstione jam monitum est. Argumenta, quæ secus sentientes habent, nonnisi in piis quibusdam meditationibus consistunt, quæ licet in se & extra contextum locum possint habere, non tamen ab illis ad ipsum sensum à Spiritu S. hic intentum valet consequentia. Quare & à quamplurimis interpretatio hæc rejicitur. Ex Patribus eam repudiârunt D. Athanasius, (a) D. Chrysostomus, (b) Fulgentius. (c) Et B. Megalander noster Lutherus ab eadem abstinere maluit. (d) Conf. & adhuc B. Dorsch. (e) B. Varen. (f) B. Wasmuth, (g) B. Salom. Gesner. (h) Hackspann. (i) B. Pfeiffer. (k) B. Calov. (l) Milandri. (m) Conf. & Sixtin. Amam. (n) Victorin. Strigel. (o) Henr. Möller, Hamb. (p) aliosque Commentatores passim.

- (a) Orat. V. contr. Arian. Tom. I. Opp. p. 340. (b) in h. loc. Opus. Tom. III. p. 290. (c) in Respons. contra Arian. p. 331. col. b. (d) in h. loc. Tom. I. Altenburg. p. 107. seqq. Evidem Tr. vom Schem Hampb. Tom. VIII. Altenb. p. 300. videtur alter sentire, attamen & mox antiquam suam sententiam quoque apprehendit. (e) in Anti-Corneo p. 192. ¶ 198. (f) in Triumph. David in h. loc.

*b. loc. Concl. III. (g) in Windic. Hebr. Part. II. Loc. VII. §. 2. in fine. (h) in Commentar. in b. loc. p. 742. (i) in Not. Phil. Theol. Part. II. p. 333. & in Syllog. p. 370. [k] in Dab. Vexat. in b. loc. p. 623. (l) in Bibl. Illustrat. in b. loc. Tom. I. V. T. p. 1093. seqq. (m) in Delic. Biblic. V. T. Anno 1699. p. 911. seqq. (n) in Ante-Barbar. Biblic. p. 549. (o) in Hypomnemata. in Psalm. in b. Part. II. p. 297. (p) in Praedit. in Psalm. p. 1046.*

## Quæstio VI.

*An כחרדי קרש alter quam de ornatu fidelium hujus  
vita explicari possint?*

### §. I.

Interpretationem nostram suprà dictam putamus satis esse fundatam. Evidem & quamplurimas alias adhuc sententias & hic reperimus, quarum tamen nulla certo fundamento videtur nisi. Nonnulli apud Andr. Rivotum (\*) de Christo explicârunt, & quidem de gloria ipsius divinâ, & de claritate illâ, quam habuit apud Patrem Job. XVII. v. 5. Sed verò ex ipso textu clarissimum est, plen-dores bosce sanctos subjectivè non de Messia, sed de populo Messia prædicari, qui eidem colligendus, postquam erectus fuerit ad dextram DEI Patris sui cœlestis.

[\*] in b. loc. Vol. II. Opp. p. 308.<sup>1</sup>

### §. II.

Contra alii maluerunt קרש de locis sanctis explicare. Hieronymus Stridonensis (a) vertit: in montibus sanctis, & propter hoc videtur legisse. Atque ita in Codicibus quibusdam scriptum esse & legi vult quoque Job. Forsterus. (b) Sed verò hæc lectio repugnat reliquis codicibus fermè omnibus, & Maiore, aliisque locis parallelis, in quibus sèpius etiam ornatus hujus sacri fit mentio. Quarè & Hieronymus in Explicatione hujus versiculi (c) lectionem hancce non attendit. Conf. & Polym. (d) Alii autem alio in sensu loca sancta intelligere hic volunt. Sic R. Dav. Kimchi (e) Hierosolymam huc refert. Sic & alii de sanctuario decoro vel locis sanctitatis explicant, ut Buxiorf. (f) Bootius, (g) Tremellius & Junius, (h) aliquie. Sed verò cum vocabulum Hebrewcum famosius usurpetur de ornatu, quam loco sancto, illum significatum merito huic præferimus, in primis cum ipsi contextui

textui & scopo admodum egregiè conveniat. Conf. & contra hanc sententiam B. Geier. (i) B. Seb. Schmidt. (k) B. Wasmuth (l) Andr. River. (m) Confer & B. Glassum (n) Buxtorf. (o) & Thom. le Blant (p) aliosque interpres passim.

- (a) In *Versione hujus loci.* [b] in *Dictionar. Hebraic. voce יְהֹוָה* p. 206. (c) *Tom. VIII.* Opp. p. 165. (d) in *Synops. Criticor. in b. loc.* [e] in *b. loc.* (f) in *Lexis coHebraicæ, voce יְהֹוָה* p. 155. & in *Lexico Major. Chaldaic. Talmud & Rabbini* p. 2306. (g) in *Animadvers. ad Text. Hebr. V. T.* p. 217. seqq. (h) in *Versione sua*, ubi ita; in decoris locis *sæcilitatis* inde ab *utero future sunt* [sc. oblationes] *Tibi aderit ros juventu tua accuratissime.* (i) in *Comment. in Psalm.* p. 2067. [k] in *Resolut. Psalmor. Prophet.* p. 538. [l] in *Vindic. Hebr. loc. cit.* (m) in *b. loc. Volum. II.* Opp. p. 308. (n) in *Christol. Disput. III. Thesis XXIII.* p. 120. (o) in *Anti-Critic. Part. II. c.* II. p. 786. (p) in *Psalm. anal. & Comment. T. s. p. 1029.*

## S. III.

Adhuc alii de hominibus sanctis explicant. D. Chrysostomus (a) admodum latè explicat de *sæctis & bujus & futuri seculi*, quando ita; Adhuc loquitur de die & presenti & futuro. Splendorem autem hic dicit sanctorum pulchritudinem. Quid est enim Paulo splendorius? Quid Peiro insignius? qui universum terrarum orbem pervaserunt vel sole clariores? Mox pergit: Quod si hic tales erant cogita mihi eo die, quando ab interitu aliena corpora acceperint quando immortalia quando omnem, qui videtur splendorem superantia; quinam erunt ii, & qui fuerint illis similes, Prophetæ & Apostoli & justi & martyres & confessores, & omnes, qui per optimam vitæ institutionem in fide Christi fuere insignes. Denique adhuc addit: In splendoribus sanctorum. Et hoc est illius potentia eos adeo claros reddere, quod Paulus quoque significans dicebat. Qui transformabit corpus humilitatis nostra, ut siamus conformes corpori gloria ejus Phil. III. v. 21. Sc. In posteriori autem sensu de *sæctis futuri seculi* mavult explicare D. Augustinus, (b) qui ita: In splendore inquit, sanctorum. De ipsa virtute dicit, quando erunt in splendore sancti, non quando adhuc terrenam carnem gestantes & in corpore mortali atque corruptibili degentes & gementes, quod aggravat animam & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: cum ipse cogitationes invicem non videntur, non hoc est in splendore sanctorum. Sed quid est in splendore sanctorum? donec veniat Dominus & iluminet abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & hinc laus erit unicuique a DEO. Hoc erit in splendore sanctorum, quia tunc justi fulgebunt in regno sui

*sui Patris sicut sol &c.* Eandem sententiam quoque tuetur Fulgentius, (c) quando ita: *Splendor sanctorum non in officio predicationis, sed in resurrectionis claritate consistit, de quo splendore Dominus dicit: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris sui &c.* Sic & Hugo Cardinalis (d) verba hæc ita explicat: *Quando sancti splendebunt sicut sol Matth. XIII.* Fulgebunt iusti sicut sol. Et qui sunt forte adhuc alii idem sentientes. Verum enim verò quamvis, quæ D. Chrysostomus de sancta hujus seculi adduxit, omnino probemus, quæ tamen ab eo aliisque de sanctis glorificari futuri seculi quoque adducuntur, videntur passim piæ meditationes & accommodationes esse, quām ipsius textus exegesis, utpote in quo potissimum agitur de regimine Messie in regno gratia, adeoque in Ecclesia adhuc in his terris militante, ut adeò omnino explicatio illa de fidelibus hujus vitæ textui sit vicinior & parallelismo Scripturæ itidem conveniens.

- (a) In Exposit. hujus Psalm. Opusc. Tom. III. p. 287. & 290. Edit. Francofure, recent. (b) in Enarrat. hujus Psalm. Tom. VIII. Opp. p. 1284. (c) in Reffonsi contra Arrian. p. 34. col. a. (d) in b. loc. Part. II. Postill.

## Quæstio VII.

Quomodo verba משרה connectenda, וּבָן in utraque voce explicanda?

§. I,

Quod prius quæstionis membrum concernit; disquiritur an verba hæcce משרה sint connectenda cum prioribus וְלֹרֶוחַ קְרֵשׁ utrum verò cum subsequentibus Et quidem sunt quamplurimi interpres, qui connexionem hic faciunt cum subsequentibus וְלֹרֶוחַ טל ut sensus sit: *ab utero aurore tibi ros nativitatis tuae*, vel etiam aliò modò. Verum enim verò nos B. Dn. D. Varenii, (a) B. Wasmuthi, (b) Reinbeckii (c) aliorumque sententiam accuratiorem esse judicamus, secundum quam ad præcedentia verba hæc referuntur, ut cum iis membrum aliquod majus & propositionem logicam faciant, ut sensus: in decoribus sanctitatis ab ipso aurore uero, quemadmodum in Analysis explicationem nos fecimus. Nam (1) in voce משרה est Achnach. Jam verò Achnach, uti notissimum, in metricis est

H

Domi-



Dominus, & quidem, uti à Reinbeckio salutatur (d) *absolutus intermedius*, & vim distinguendi habet post Merca *Mahpachatum Maximam*. Hæc ordinaria est regula, à qua citra necessitatem non est recedendum. His præsuppositis (e) non ad subsequentia, sed ad præcedentia spectat, nec ulla hic obest necessitas, cur contrarium eligendum, omnia enim quam optimè fluunt ac nitidissimè. (2) Imò & magna necessitas urgere videtur ordinariū distinguendi valorem ut hoc loco retineamus. In voce namque **וְחַילָּה** occurrit Merca *Mahpachatus*, qui nemine contradicente in *Metrelicis Rex Major* est, mediumque versiculi coiunicter facit, ut adeò voces **בְּחַדְרֵי קֹרֶשׁ** connecti cum præcedentibus absoluētè non possint. His nunc præsuppositis aut stabunt haec voces solitaria si **מִרְחָבָתְךָ** cum subsequentibus connectantur, & tunc in **בְּחַדְרֵי קֹרֶשׁ** nullus erit sensus, ac, in primis cum adhuc per *linolam Makkab.* sint connexæ, commodam aliquam propositionem logicam facere nequeunt: Aut itidem cum postremo inciso forent connectenda: sed tum iterum sensus non adeò commodè fluit; ut tamen fluit, si omnia ordinaria consecutioni relinquuntur. Loca quæ secus sentientes adducunt apud *Riverum* (e) & *Polum* (f) aliosque, vel ita sunt comparata, ut alius in *Psalmia* reperitur positus, omisso sc. *Merca Maphchato*, vel ut necessitas aliud suadeat, vel ut etiam planè nihil probent, cum *Abrachao* utique ordinariū suum officium possit relinquiri.

(2) In *Triumph. David.* in b. loc. (b) in *Vindic. Hebr. Part. II. Loc. VII.* (c) in *Doctrina de Accent. Hebraor.* p. 480, (d) loc. cit. p. 54. (e) loc. cit. p. 308. (f) in *Synops. Criticor.* in b. loc.

### §. II.

In posteriori quæstionis membro occurrit initio particula **בְּ** in **מִרְחָבָתְךָ** quomodo sit explicanda. Nos supra in *Analysi* explicavimus per ab. Alli volunt ex, ut sensus sit ex uero aurora esse rorem *juventutis*. Sed tum obstabit accentuatio, ut modo jam evicimus. Alli comparativè explicant, ut sensus sit: *Du* Messias wirst mehr Christen zu Kinder habett als die Mutter der Morgenröhte Tropffen / quemadmodum quondam voluit *B. Noster Dn. Samuel Böhle* (a) Quam eandem sententiam quoque habent *Ludovici*,

dovic. de Dieu, (b) Job. Coccejus, (c) B. Dn. D. Geierus, (d) aliquie. Quæ quidem interpretatio non absurdæ, verum & hic obstat accentuatio, per quam illud ex utero aurora ad rorem juventutis referri hoc modō nequit. Quare & Dn. Haickmann (e) hanc interpretationem Ludovici de Dieu non quidem absurdam voluit habere, nihilominus tamen aliam versionem eligere maluit. Conf. & hic B. Wasmuth. (f) Deinde quod in רְשָׁב concernit, tum nonnulli voluerunt esse וּ præfixum a, ab, ut vertatur: ex utero ab aurora, vel pra aurora, vel ante auroram, ut in Versinibus vel Glossis Pagnini, Varabli, Ofiandri, Arie Montani aliorumque videre est. Quod tamen stare nequit, nam (1) obstat ipsa vocis constitutio, quod si enim וּ esset præfixum, necessariò in prima litera רְשָׁב deberet esse Dagesch, quod verò hic non reperitur. (2) obest accentuatio. Sic namque connectitur cum ea præcedens רְשָׁב per Munach, quæ alias si וּ in רְשָׁב foret præfixum, accentum distinctivum deberet habere. Ut adeò רְשָׁב necessariò pro nomine sine præfixo debeat haberri. Conf. B. Dorischeum (g) B. Vareo, (h) B. Wasmuth (1) Rivetum, (k) aliquosque passim.

(a) In Analytic. Paraphrasi Psalmorum in b. loc. & in Regula Rustica, n. 13.

(b) in Crisica s. in b. loc. p. 162. (c) in Lexico, in voce רְשָׁב

p. 206. (d) in Commentar. p. 2068. (e) in Not. Philol. Theol. Part. IIo

p. 324. (f) loc. cit. (g) in AngiCorneas, p. 198. (h) loc. cit. (1) loc. cit.

(k) loc. cit.

## Quæstio VIII.

*An Ros Juventutis de Resurrectione Christi debeat explicari?*

### §. I.

Ex recentioribus sic locum huncce interpretari voluit Dr. Johannes Ligiboor, (a) qui propterea hunc versum integrum paraphrasticè sic reddit: *Populus tuus erit populus spontaneus in die potestatis tuae. Erit populus spontaneus in decoribus sanctitatis. Erit populus spontaneus ab utero aurora, Tuus es ros juventutis.* Jam vero porrò addit rorem Christi esse virtutem ejus propriam, quæ se resuscitaverit. Et hinc ad resurrectionem Christi applicat quoque verba ista: ab utero aurora: cum resurrectio Christi fuerit ipsum diluentem & aurora novi mundi & nova creationis. Sed ante Ligib-

footum

footum idem olim docuit Pinto, (b) qui itidem de *resurrectione Christi ex mortuis* matutinā locum huncce explicavit.

(a) In Horis Hebr. in Acta Apost. ad Cap. XIII, v. 33, Volum II, Opp. p. 730. (b) Libr. II. de Cratice Tit. II, L. IV, §. VI. apud B. Geier, in Commentarij in Psalmos p. 2069.

### §. II.

Verū rectissimè jam suo tempore judicavit B. Geierus (a) coactè satis sic explicari locum huncce. Quod etiam probatum est facillimum. Nam (1) ex textu planissimum est sermonem ibidem esse de iis, quæ post resurrectionem Messiae & post ascensionem ejusdem in cœlis, sessionemque ad dextram Patris sui cœlestis in Ecclesia post victoriam illam reportatam sint eventura. Malè ergo id explicatur de *Resurrectione ipsa*, quod post *resurrectionem* demum evenire debuit. (2) Obstat etiam ipse vocum positus in *duplici affixo*, per quod Messiae aliquid in peculium dicitur cedere, & externè accedere, & quidem vi contextus in regno gratiæ, quæ de resurrectione ipsius minus commodè explicantur. (3) Quia commodior & liberior sensus haberi potest, hinc coactè fluens merito rejicitur. Excipit Lightfoot (b) (1) rorem Christi esse virtutem ejus vivificantem mortuos, *Esaiæ XXVI. v. 19. Roff.* Atud est ros Christi, de quo in loco Iffiano, aliud ros juventutis Messie colligenda, de quo in nostro dicto. (2) Nec ubivis ros Christi significat metaphoræ virtutem vivificantem mortuos, occurunt & alii significatus pro ratione scopi cuiuslibet dicti interpretandi: Sic & h. loco. *Excip. (II)* Resurrectionem Christi fuisse ipsum diluculum & auroram novi mundi, & sic optimè convenire interpretationem illam cum illo: ab utero auroræ. *Roff.* A convenientiâ qualicunque extra contextum ad convenientiam intra contextum N. V. C. Intra contextum vero hæc locum non posse habere ex jam dictis satis constabit. Ut otiosam hanc interpretationem rejicit quoque Andr. Rivetus. (c)

(a) Lcc. cit. (b) loc. cit. (c) in Comment. in h. loc. Vol. II, Opp. p. 308.

### Quæstio IX.

*An ros juventutis de Nativitate Messiae mystica explicandus?*

S. I. Ita

## §. I.

Ita quondam voluit Celeberrimus alias ille Exegeta B. No-  
ster Dn. D. Joh. Tarnovius, (a) intelligens hoc loco *pueritiam, juven-*  
*tutem & nativitatem Christi mystici sub initium N. Test. futuram, quan-*  
*do Christus spiritualiter in credehtium cordibus nascitur, ac vivere*  
*incipit.* Quem & sequitur B. Dn. D. Matthias Wasmuth, (b) qui  
itidem docet, intelligi *spiritualem quandam multiplicationem,* non  
tamen ita præcisè ipsorum liberorum spiritualium Messiæ (cum  
vox רָאשׁוֹת nunquam significet *sobolem*, sive natos, sed tan-  
tum *tempus juventutis vel pueritiae Eccles. XI. v. 9. 10.*) quam potius Messiæ  
in cordibus tot fidelium spiritualiter concepti *mysticam nativitatem*  
& *juventam*, de qua Gal. IV. v. 19. & Cap. II. v. 20.

[a] In *Exercitata Biblic.* p. 123, [b] in *Vindicta Hebr. Part. II. Loc. VII. §. 1.*

## §. II.

Quamvis nunc equidem Celeberrimi hi Theologi sat or-  
thodoxè sese explicaverint, ut ab omni heterodoxia suspicione  
etiam possint liberari, cum non aliter locutionem hancce suam  
quam de regeneratione fidelium spirituali velint intellectam. Sic e-  
nim expresse B. Dn. D. Joh. Tarnovius (a) addit: *Revocari sibi in memoria-*  
*am, quomodo alibi verbum DEI, quo REGENERANTUR homines, com-*  
*paretur rori &c.* Quomodo quoad rem ipsam nobiscum in omni-  
bus conveniunt. Nihilominus tamen in primis hodiè cum Do-  
ctrina illa de Christo in nobis varias turbas dat in Ecclesiis nostris,  
laudamus omnino cum Magnifico Dn. D. Febrio Nostro (b) nunc  
Dn. D. Schelguigii Epicrisis: non ignoramus aut diffitemur ex orthodoxia  
etiam Theologis presertim ante mota cum Weigelians, similibusque Fanati-  
ci certamina, nonnullos de interiori & spirituali nativitate Christi egisse,  
per quam intelligebant gratiosum Domini in cor fidele adventum. A qua  
phrasí nunc cautores facti, cum Scriptura nullibi sic loquatur, nec de be-  
reſi iis opinionibus quomodo unque participare videamur, abstinentum esse  
censemus. Et pariter hinc cum eodem Magnifico Dn. D. Febrio (c)  
putamus, quia istæ loquendi formulæ, ut cunque in nonnullorum  
animis bonum habere sensum possint, plerosque tamen inpri-  
mis simpliciores ipsa loquendi indole ad monstrosas sententia-  
rum chimæras deducere; Quare & salubriter Eodem Magnifico

Præceptore Nostro Judice, Theologi nostri monuerunt, crescente hodiè Fanaticorum colluvie ab ejusmodi loquendi rationibus, quantumlibet bonum sensum cum optima etiam utentium intentione habere possint, ne colludere cum ipsis & negla ipsorum vel approbare videamur, vel excusare studiose, abstinenter esse. Quæ B., Dn., D. Wasmuth. de ipsa voce juventutis monuit, facile conciliari possunt, observatis iis, quæ jam supra cum aliis de abstracto pro concreto monuimus.

(a) loc. cit. (b) in Dissertat. de Christo in Nobis, anno 1705. heis Rostochii hab.  
cap. I. §. XII. p. 14. (c) loc. cit. Cap. III. §. IX. p. 50. (sqq.)

## Quæstio X.

An Vocabulum נָתַר rancum Judæos respiciat?

### §. I.

Sic vult Celeberr. Dn. Jacob. Guseius (\*) qui de hac voce in h. loc. ita: *Accipio pro genere tua, domo Patrium tuorum, parentelis. Gens Christi est Israhel Judei, Sensus. Gens tua sens Israhel est tibi rancum ros ab aurora utero. Hoc evenit die prima Pentecostes Christiana Aector. II. Quā (1) Apostoli comparent in initio diei, statim ter mille homines Israelite conversi nomina Christo dederunt. (2) Deinde in initio latius sumto dum incipiebat predicationis Evangelica dies mysticus, multi Judai crediderunt Aector. IV. v. 4. notantur quinque millia & Aector. XXI. v. 20. multa myriades Sc.*

[\*] in Commentar. Lingv. Ebraic. voc. נָתַר p. 326.

### §. II.

Sed verò explicatio hæc statim corruit, cum (1) in Christo non sit Judæus, neque Gratus, neque servus, neque liber, neque mas, neque fœmina: omnes enim unus sumus in Christo Gal. III. v. 28. & Christus intergerini parietis illius septum solverit Ephef. II. v. 14. (2) Illi qui ad Christum fuere conversi, non saltēm Judæi fuerunt, sed & gentiles, ut liquidissimum est, qui omnes unam fecerunt Christi Ecclesiam. (3) In dicto de regno Christi gratia integraque Ecclesia N. T. sermo sit, ad quam non saltēm Judæi spectant, sed & gentiles. (4) Et significatus vocis, quem Dn. Guseius vult esse in nostra quoque explicatione optimè possit locum habere.

habere. Sic enim omnes fideles prout etiam gentiles huc spe-  
ctant, sunt gens Messia, parentela, domusque patrum suorum  
si non corporalium, tamen spiritualium.

## SECTIO VII<sup>ma.</sup>

*Miscellanea.*

### Quæstio I.

*An David fuerit Adeptus, Lapidemque Philosophicum babuerit?*  
S. I.

**C**hymici *Lapidemque Philosophici* inquisitores ut ed magis ar-  
tem suam evehant, & ad ipsum Sacrum Codicem passim  
provocare solent, quasi & ille ænigmaticis quibusdam  
locutionibus artem hancce tradat, Virosque sanctos ut *Adeptos*,  
verissimosque mysterii hujus chymici possessores recenseat. Hic  
& in catalogo *Adeptorum suorum* Davidem vulgo ponere solent.  
Non ita pridem id ex 1. Paral. XXII. & Cap. XXX. v. 23. probare  
voluit *Anonymous* quidam, qui se vocat ein *Feld des Vitzli Putzli*,  
(a) quem refutavit *Anonymous* quidam. (b) Sic & aliis quidam  
*Anonymous* ex recentioribus (c) de *David* idem afferit, & pro-  
vocat specialius ad eos, qui *lapis Philosophici* compositionem ex  
*Psaltro* eruere volunt. Sic & specialissime ad præsens nostrum  
dictum provocârunt alii, quod & non ita pridem nobis à non-  
nemine fuit objectum, cum hic fiat mentio *roris ex uero aurore*,  
in quo nonnulli laborare dicuntur, à quo etiam *Fratres Rosei* cruce-  
is, vulgo, die *Rosen-Ereugter*/in quo nomine mysterium hocce  
chymicum occultare voluerunt. Siquidem *Rosei* non à *Rosa*,  
sed à *rore* dicitur nomen habere, crux autem idem ac *lux*, quo-  
niam hæ literæ in signo *+* reperiuntur. Quemadmodum qui-  
dem hæcce aperuit *Medicus* ille *Regius Galitus Eusebe Renaudot*, (d) u-  
bi & hanc allegat causam: La roseé (qui est le plus puissant dissolvant  
de l'or entre les corps naturels & non corrossifs) n'est autre chose que cette  
lumière époissie & rendue corporelle, laquelle étant cuite & digérée artifice-  
ment par un temps convenable, en son propre vaisseau, est le vrai menisque  
du dragon roux, c'est à dire de l'or véritable matière des Philosophes. Du  
quel secret cette société ayant veule laisser à la postérité dans son nom de  
marquis,

marques, qui ne peuvent estre effacees par le temps, a retenu celuy des freres de Rose cuise. Forte etiam huc respexit auctor der guldnen Rose (e) qui se literis initialibus vocat in titulo *J. R. V. M. D.* quas in praemissa pictura ita explicat: *qui in Rose vidit Magnalia DEI.*

[a] In Libr. sub titulo: *Keren Happuch, Posaunen Elias oder Deutsches Fegefeuer der Scheide-Kunst*, p. 2. 37. [b] in scripto sub titulo: *der von Moze und den Propheten über urtheilende Alchymist. Chemnitz*, Anno 1706, p. 50. seqq. [c] in scripto sub titulo: *Curieuse Untersuchung etlicher Mineralien/Chiere und Kräuter/ insonderheit derer sich die Sophisten in Präparirung des lapidis bedienen etc.* Cap. I. §. 7. (d) *Dans Conferences publiques Tom. IV.* p. 87. apud B. Dn. D. Abrah. Hinkelmann, in *Detext. Fundamenta Bohemian* §. XXIV. p. 61. seqq. Conf. & Gottfried Arnold in *der Kirchund Reker Historie Part. II. Libr. XVII. Cap. XVIII.* §. XIX. p. 62. (e) Prodiit hoc scriptum Anno 1705, Hamb, in quo carminicè mysterium illud elaborandi lapidem describitur & Potentissimo Borussorum Regi est inscriptum. Forte & huc respicit *Speculum sapientie*, quod aperitur in *Quadrato alchym.* p. 49. Et *Centrum Nat.* quod iidem reperitur in *Quadrato alchym.* p. 47.

## §. II.

Jam equidem hâc vice prolixum aliquod lapidis Philosophici examen in nos non suscipimus, id tamen dicimus, male à Chymicis ad præsens nostrum dictum provocari, (1) quia istiusmodi cogitationes omni omnino fundamento destituantur. (2) Quia adhuc ipsi Chymici inter se disputant, an etiam adepti in rore elaborent? Et quænam prima hîc sit materia, (3) Quia David non loquitur de rore ex utero aurore, sed de rore Juventutis, uti ex accentuatione suprà docuimus. (4) Quia David non opus habuit per artem sollicitè quærere quod DEUS jam per benignam naturam ipsi concederat liberalissimè. (5) Quia istius modi assertionibus ansa. saltem suppeditatur purissimum verbum Domini illico modo detorquendi, à quo meritò abstinentiam est.

## Quæstio II.

*An ex presenti nostro dicto possit probari corruptio fontis  
Hebraicæ?*

## §. I.

*Cum Septuaginta Interpretum Persio Greca, ut & Latina Vulgata  
aliter*

aliter hoc dictum expresserint, ac quidem in ipso fonte habetur, uti jam suprà perspeximus, hinc Pontificii inde arguunt, fontem Hebræum esse corruptum. Ex recentioribus adhuc idem ex hoc dicto nostro extorquere voluit Paulus Pezon (\*) docens, cum tām manifesta inter textum Hebræum & Græcum reperiatur discrepancia tūm ratione verborum, tūm, ratione sensus, & in Græco evidens divinitatis Christi argumentum sit, hinc Judæos, cum viderint adversus se urgeri, elisuros textum Hebræum corrupisse.

[\*] Dans *Defense de l' Antiquité des tems chapitr. IV.*

### §. II.

Sed verò quemadmodum nullō argumentō idoneō probare valent Adversarii corruptionem fontis Hebræi, quemadmodum & ne unico quidem in loco Biblico eandem arguere cum fundamento quodam poterunt, prouti ad nauseam fermè usque à Nostratibus & Orthodoxè sentientibus propugnatum fuit: ita nec ex præsenti loco probari corruptio quædam fontis poterit, licet cum *Versione LXX. Interpretum & Vulgata Latina* non conveniat. Nam (1) ne vola quidem ullius corruptionis in præsenti dicto occurrit, cùm omnia elegantissimè & cùm antecedentibus & consequentibus cohæreant, ut ex suprà dictis apparebit. (2) *Editionem* illam *LXX. Interpretum*, quam hodiè habemus, incorruptam esse, nondum à quoquam demonstratum est. (3) Et alii antiqui Codices Græci legerunt aliter ac hodierna illa *LXX. Interpretum* editio. Sic namque *Aquila*, *Symmachus*, *Theodosio quinta & sexta editio* legerunt omnes ut hodiernus Hebræus Codex habet vel *ταῦτα τοις σεβόμενοις*, vel *ταῦτα τοις σεβόμενοις*, uti videre est in quinque hujus loci interpretationibus ab Epiphanio citatis, (a) quem locum & supra jam habuimus. Vide & *Andr. Rivetum*, (b) & *Drusium*. (c) Cum ergò antiquiores hoc in loco fontem non haberunt pro corrupto, quid recentiorum hic valebit auctoritas? (4) *Versionem Vulgatam* esse authenticam itidem in hunc usque diem nondum est à Pontificiis evictum. Et contrarium Nostrates potius multis rationibus demonstrarunt. (5) *Versionem LXX. Interpretum & Vulgatæ* minus aptè convenire cum scopo totius dicti, ut & cum antecedentibus satis patet ex iis, quibus suprà probatum dedi-

mus, in hoc loco non agi de generatione Filii DEI aeternâ. Atque adeò aut *Versio LXX. Interpretum* erit potius corrupta, aut etiam minus rectè sensum Spiritus Sancti apprehendit. Atque sic & *Vulgatum Interpretum* seduxit.

[a] *Hares. 65. Tom. I. Opp. p. 610. Edit. Petav. (b) in bune loc. Volum II. Opp. p. 308. (c) in h. loc. *Criticeor. Sacror. Tom. II. p. 1536.**

### S. III.

*Quæ Pezronius contra hunc locum adduxit nullius sunt momenti: Quod enim argumento probatur, Judæos hic fontem corrupisse, quoniam evidens hic detur divinitatis Christi argumentum? Posito etiam in loco hocce de divinitate & eterna generatione Filii DEI actum fuisse, aliquantulum obscurior tamen fuisse, & cum clariora loca non corruerint, & hujus loci corruptio parum ipsos adjuvasset. Præterea ne sic quidem argumentum aliquod divinitatis Christi ex hoc Psalmo sustulissent Judæi, cum illustrius aliquod versu 1. habeatur, ad quod ne mutire quidem majores ipsorum ausi fuerunt, Matth. XXII. v. 42. seqq. Prolixius Pezronium refutavit Maxime Rever. Dn. D. Brandanus Henric. Gebbar-di. (a) Conf. & pro hoc loco B. Dn. D. Dorsch. (b) & B. Salom. Glassum. (c)*

[a] In *Vindicis querund. Locor. Hebrei Text. in h. loc.* [b] in *AntiiCornac. p. 196. seqq.*  
[c] in *Christologia David. Disp. III. Th. V. p. 114. seqq.*

### Quæstio III.

*An Accentuum antores in hoc dicto nostro errorem aliquem commiserint?*

#### S. I.

Dubium nonnullis in hoc loco subortum fuit circa vocem יְהוָה  
quæ Athnacho est notata, ut ex jam suprà dictis in præced. Sect. videre est. Præ aliis verò admodum gravissima hic est inventiva illa Arv. Boottii, (\*) quando ita scribit: *Sanè passim in Psalmis hunc errorum ab illis accentuum magistris (qui qui tandem illi fuerint) admisum esse circa magnum hunc Accentum Athnach, ut eum pravo & alieno loco cellosarent, quivis nullo negotio deprehenderet.* Et recentissimè ad hunc ipsum

ipsum locum nostrum provocatum fuit in opere posthumo B. Dn.  
M. Job. Brunsmanni. (b) Nimirum cum tot variæ hujus loci nostri den-  
tent interpretationes etiam antiquorum non habitâ accentuum  
ratione, & ex eo suam hypothesisinB. Auctor corroborare conatur,  
quam in toto hoc opere suo contra accentuationem dirigere  
voluit.

[a] In *Animadvers. ad Text. Hebr. V. T. p. 236.* [(b) de Accentuationis Hebraica di-  
stinctiva novellâ arte Dissert. Havn. Ann. 1708. edit. p. 191.

## §. II.

Nunc quidem prolixè hâc vice examinare nolumus, quæ  
jam olim de *punctis, vocalibus & accentibus* disputata fuerunt. Nos  
omnino facimus cum illis, qui communissimam illam inter Lu-  
theranos ac Orthodoxos sententiam tuentes, *divine originis esse & pun-  
ctis, vocalia, & accentus.* Atque sic hic nullus error accentuum au-  
toribus imputari poterit, nec in præsenti nostro dicto. Boori-  
um quod concernit, rectissimè jam observavit B. Dn. D. Wasmuth,  
(a) ipsum coram orbe Hebreo aperte prodidisse insignem ac-  
centuum imperitiam, ipsi & asseclis obortam è duabus falsissi-  
mis hypothesisibus de Athnacho. Nimirum quasi (1) absolutè ei-  
dem competit nonnisi magnam distinctionis vim exercere in  
membris sententiarum, cum potius indifferenter se habeant  
tām Athnach, quam omnes alii accentus distinctivi ad quam-  
cunque valoris proportionem scil. pro ratione seu quantitate il-  
lius sedis, in quam consecutionis necessitate unusquisque eo-  
rum defertur, quod uberioris declarant ii, qui regulas Accentua-  
tionis explicarunt. (2) quasi Athnach in libris metricis quoque  
(ut quidem in *Prosaicis* fit) maxima versus intersectio ordinariè  
competet: cum tamen in libro metrico ordinarium illud jus exer-  
ceat *Mercator Mabpachatus*, seu *Rex Major*, (vide præcepta Doctrinæ  
accentuatoriae passim) quem minimè novisse videtur Bootius. Et  
præterea Athnach in hoc loco nostro nullam aliam sedem habet  
quam quæ ratione sensus quam optimè ipsi competere possit, ut i-  
tidem ex jam supra dictis constabit. Quæ B. Dn. Brunsmann addu-  
xit, videntur sufficienti suo labore destitui. Nam si ad Chaldei,  
*LXX.* aliorumque interpretum varias interpretationes ac negle-

ctus respicere velimus, non saltem Accentuatio, sed & mox Vocales, Consonantes & tandem integer Sacer Codex facilè redargui & vilipendio exponi possent. De reliquis argumentis B. Authoris judicabunt alii. Reinbeckius, ad quem hic provocare voluit, ipsum provocantem simul refutat eo ipso in loco, (b) in quo præsidium aliquod queritur.

(a) In *Vindic. Hebr. Part. II. Loc. VII. §. II.* (b) in *Doctrin. de Accent. Cap. IX.*  
Vid. Et p. 478. seqq.

## Quæstio IV.

*Utrum DEUS vi dicti nostri sine absurditate dici quodammodo possit Hermaphroditus?*

### §. I.

Quæstionem hancce hic nonnulli movere solent occasione uteri illius, cuius fit mentio, & quod putent, hīc agi de generatione Filii DEI æternā. Et quidem quæstionem nostram absolutè affirmat Maldonatus, (\*) dicens DEO hoc loco tribui vulnus metaphorice, ut intelligamus in generatione æternā Filii fuisse quodammodo Hermaphroditum, id est, virum & mulierem.

(\*) In h. loc. *Commentar. in V. T. p. 795.*

### §. II.

Verūm enim verò rectissimè omnino Sixtinus Amama (a) judicavit portentosa hac esse Maldonati, qui perruptis omnis pudoris clausis hac chartis illeverie, nec sic loqui audere, qui musas colunt modestiores. Sic & nos dicimus cum sanioribus omnibus, citra absurditatem DEUM sic non posse dici nec occasione præsentis nostri dicti. Nam (1) in dicto nostro DEO uterūs planè non tribuitur; sed aliud habet sensum, uti ex Exegesi nostra patet. (2) Posito etiam DEO metaphorice hic tribui uterūs, ne sic tamen locutio illa citra insignem blasphemiam locum habere posset. (3) DEO nonnisi summæ perfectiones competunt. Jam verò Hermaphroditum esse, planè nullam dicit perfectionem, sed meram imperfectionem. Vid. *Aristoteles* (b) & *Albertus*. (c) Et *Clemens Alexanderinus*

drinus (d) quod de *Hermaphroditū* à nonnullis dicitur, vocat  
*Ιεροφανέας*. Augustinus (e) inter monstra collocat. (4) Ex Scho-  
la Hæreticorum hæc blasphemia ortum habet. Sic namque  
Valentinianos DEUM Hermaphroditum habuisse afferit, illuditque eos  
propterea Tertullianus. (f) (5) spurcissimi Hæretici hac locutio-  
ne utuntur ad irridendum tremendum illud generationis divi-  
næ mysterium. Sic namque Servetus, (g) per magnam bla-  
phemiam DEUM Hermaphroditum vocat, &c, ne quid blasphemiarum  
desit, adhuc ex Mohammedanorum Schola (h) addit: *Si Filius*  
*natus erat ex Patre sine Matre, die mibi, quomodo peperit eum per ven-*  
*trem an per latu?* Et Mercurius Trismegistus, quem & probare vide-  
tur Thomas le Blanc, (i) dicitur DEUM vocasse ἀπενόθηλον. Sed  
*Pseudepigrapha* hæc esse evicit Iсаac, Casaubonus. (k) Vide de his  
plura apud B. Dn. D. Dorsch, in *Anti-Cornac*, p. 200. (l) Maldonatum notavit quoque,  
ut & Servetum B. Dn. D. Scherzerus. (m) Conf. & Andr. Rivetum (n)  
& B. Sal. Glassum (o) aliosque. Et recentiorum fanaticorum de-  
liria de hac locutione, eique affini sententia recentissimè discus-  
sit Magnif. Dn. Job. Wolffg. Jäger. (p)

- (a) In *Anti-Barbare Biblio.* Libr. III. p. 550. (b) de *Gener. Animal.* Libr. IV.  
*Cap. IX.* (c) de *Animal.* Libr. XVIII. Tr. II. Cap. III. (d) in *Pedagog.* Libr.  
II. Cap. XX. p. 189. Vid. & Constant. Varolom. *Libr. IV. Anatom.* Cap. IV.  
aliasque apud B. Dorsch, in *Anti-Cornac*, p. 200. (e) de *Civit. DEI* Libr.  
XVI. Cap. VIII. (f) *Alverfus Valentin.* Cap. XXXIII. & XXXIV. (g) de  
*Error. Trinit.* Libr. I. & II. p. 58. (h) Sic namque Mohammed argumentat:  
DEUS non haber uxorem. Ergo non generat. Vid. Henning, Henningii  
Muhammedan. Precant. Precat. II. p. 42. seqq. M. Christian. Hoffmann. Umbr.  
in luce Cap. II. §. XLVII. p. 193. Dn. Job. Mich. Lang. de Fab. Mohammed.  
Cap. III. p. 56. seqq. & Theodore. Hackmann. in Fide & Legib. Mohamm. Posit. II.  
Raf. IV. (i) in *Psalmor.* David. Anal. & Comment. Tom. V. p. 1032. (k)  
de *Rebus Sacris seu Exercitatu.* ad Baron. Exerc. I. ad Apparat. N. XVIII.  
p. 73. (l) loc. cit. (m) in *System. Theol.* Loc. II. §. XXIII. in *Error.* p. 66.  
(n) loc. cit. (o) in *Christol.* David. Diffus. III. Th. XXIX. p. 122. (p) In *Exam.*  
*Theol.* nov. controv. 7. p. 87. seqq.

## Quæstio V.

*An Lucifer in hoc loco idem, quod Stella Matutina?*

S. I.

*Prolixius hic inquirunt, qui sequuntur vitiosam illam*

I 2

Ver-

Versionem LXX. Interpretum, quæ ut cœca cœcam quoque duxit *Vulgatam*. Præ aliis quoque quamplurima hic habet *Ludov.*  
ab *Alcasar.* (\*)

[\*] In illas V. T. Partes, quas respicit *Apocal.* Libr. II. p. 101. seqq.

§. II.

Ast verò otiosa& supervacanea hæc omnia esse ex ipso fonte patet, in quo Luciferi planè nulla sit mentio. Adeoque his aliisque prolixius non immorabitur; sed potius hic subsistimus, Deoquæ nostro pro sua nobis hactenus exhibita gratia devoissimas nostras persolvimus grates. Sit ipsius

NOMINI TER SANCTO LAUS,  
HONOR & GLORIA !!!



*Nobilissimo & Clarissimo VIRO,*

**DN. GEORG. CASPARI,**

Domestico meo longè charissimo,

**S. P. P. JO. FECHT, D.**



U verò disputando vim quasi facis Academiæ nostræ, *CASPARI* optime, nec semel tantum iterumque, sed terque quaterque in arenam prodis, ut non colligere tantum sacræ eruditioñis divitias, sed in Tuos pariter aliorumque usus convertere Te posse masculè demonstres. Macte hoc animo Tuo, quo vestigia terere majorum Tuorum, Parentis in primis & Avi, quorum magna est in Ecclesiâ patriâ gloria, eo conatu, eāq; contentione, immo & successu ad laboras, ut quid quantumque fructus aliquando Ecclesia ex Te capere possit, indicio nec ambiguo nec obscuro in apricum producas, Sant Tibi ad incrementa studiis

studiis Tuis adjicienda in promptu ea præsidia, quibus alii plerique destituantur, librorum optimorum apparatus, indefessa in legendo audiendoque industria, conversatio cum viris variâ eruditione præstantibus, denique mens pia, tranquilla, modesta, à luxurie omni, & quicquid vitam Tuam dedecorare potest, quadam naturæ Tuæ indole aliena. His si institeris, ut non insisterem non potes, quem aliquando studiorum Tuorum finem attingere, quem Tibi doctrinam, Ecclesiæ usui inservientium, thesaurum comparare, quomodo Tuammet conscientiam in futuro olim officio tranquillam reddere queas, obscurum Tibi esse non potest. Ego verò venerabor DEUM, ut hunc Tibi, quem nunc geris, animum immotum perpetuò conservare & complementum laboribus nixibusque Tuis DEO glriosum & cœtui, quem olim DEO providente recturus es, salutare addere velit. E musæo die XXIX. Junii MDCCIX.



*Nobilissime ac Pre-Clarissime*

## DN. RESPONDENS, Fautor ac Amice astumatissime!

**E**rasmus interrogatum à quodam, quâ ratione doctus evaderet? respondisse ferunt: *Si doctus assidue conviveret: si doctos non minus attente audiret quam reverenter: si doctos strenue legeret, si doctos diligenter ediceret: si se doctum nunquam putaret,* referente *Crucio in Mercur. Batav. Lib. I. p. m. 15.* Et hoc Clarissime DN. CASPARI quam maximè commendatum Tibi habes, totusque in eo es, ut ex convictu, auditu, alloquio, lectione Doctorum & sedula ruminazione eorum, quæ audiisti, legisti, didicisti, doctior redeas. Quâ cum discendi & pro-

proficiendique cupiditate magnam mod estiam morumque  
probitatem conjunctam habes. Atque sic omni cum conamine  
B. Tui Parentis, B. Tui Avi BREVERI, Theologo-  
rum de Ecclesia Rigenfi longe meritissimorum vestigia æ-  
quis passibus premere pergis. Qui Celeberrimi tui Paren-  
tes sic non interisse videntur, cum prole adeò maximè æ-  
mulâ relictâ, mortui fuerunt, veluti cum planta arbore  
excisâ repullulat. Has ingenii tui dotes tot iam publicis spe-  
ciminibus in hac ipsa Academia nostra non sine applausu Bo-  
norum omnium prodidisti. Quibus jam novum aliquod  
addit præsens hæcce Dissertatio Tua Exegetico Theologica  
Eruditorum Examini exponenda; De novo hocce specimi-  
ne de novo de Tibi animitus gratulor cum novo voto, velit Æ-  
ternum illud Numen Spiritus sui Sancti gratiâ Tibi porrò ades-  
se, quo habeat in Te de quo gratuletur fibi tandem aliquando  
Ecclesia, in primis etiam dulcissima Tua Patria, quo etiam  
gaudeat Splendidissima Tua Familia. Valeas in Domino fa-  
veasque

Dabam Rostochii d. io. Jul.

Anno 1708.

Claritatis T.

*Addicissimo*

PRÆSIDI.




94 A 7346



1017

HLC. 86.





DISSESSATIO EXEGETICO-THEOLOGICA  
De  
**DECORIBUS**  
**SANCTITATIS AB U-**  
**TERO AVRORÆ ET RORE**  
**JUVENTUTIS MESSIÆ,**  
Ad  
PSALM. CX. VERS. 3.  
*Quam*  
Adjuvante Divinâ Gratiâ,  
CONSENTIENTE MAXIME REV. THEOLOG. ORDINE  
IN ILLUSTRI ACADEMIA ROSTOCHIENSI,  
**PRÆSIDE**  
V I R O  
SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO atque EXCELLENTISSIMO,  
**DN. ZACHAR. GRAPIO,**  
S.S. THEOL. DOCT. EJUSDEMQUE PROF. PUBL. ORDINA-  
RIO LONGE CELEBERRIMO ET AD ÆDEM CATHEDRA-  
LEM D. JACOBI VERBI DIVINI MINISTRO  
VIGILANTISSIMO,  
Patrono, Præceptore ac in Christo Patre suo  
omni obsequio & pietate colendo,  
**GEORGIUS CASPARI,**  
Rigâ-Livonus,  
*Ad diem X. Augusti A.O.R. MDCCVIII.*  
Publico placidoque Eruditorum examini submittit  
*H. L. Q. C.*  
ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Sen. Typogr.